C.xvij. Item ipsi massarij ad voluntatem cancellarij vel abreviatoris reformationum dicti comunis expensis comunis predicti et de quacumque pecunia que ad eorum manus pervenit seu perveniet possint et debeant fieri facere unum registrum in membranis sub tabulis ligatum stare debens in cancellaria dicti comunis pro repreheensalijs describendis aliquo non obstante

De quantitate expendenda in casu funeris alicuius ex dominis prioribus artium Civitatis pisis. Rubrica.

C.xviij. Cum sit semel omnibus mortalibus via calcanda leti et quod deus advertat posset contingere aliquem ex numero dominorum priorum artium civitatis pisis pro tempore existentium decedere eius durante offitio. Statuimus quod quotienscumque casus emerserit massarius comunis pisis ad mandatum dominorum priorum et camerariorum artium civitatis pisis qui pro tempore fuerint possint et debeant expendere de quacumque pecunia comunis pisis vel solvere pro honorando funere cuiuscumque prioris qui decederet in posterum eius durante offitio illam florenorum seu pecunie quantitatem et illis de causis et eo modo et forma prout et sicut per dominos priores et camerarios fuerit declaratum

De pecunia expendenda pro abundantia facienda. R.

C.xviiij. Pro nutrimento populi pisani. Statuimus quod massarij comunis pisis ad mandatum

seu declarationem dnorum prior/et cam̃/Artium Ciuitatis pisis/qui pro tpr fuerint/
omni iure/possint/et debeant/pro abundantia facienda/in Ciuitate et comitatu pisis/
omnem quantitatem flor/et pecunie/ad eorum manus peruenturam/soluere offitialibus
abundantie/et etiam quoscumque introytus/deputare/et consignare/totiens et
pro ut et quemadmodum/pdictos priores et cam̃/fuit declaratum/obtempto ptito
etia deleuando/ad sedendum/uel ad bussolas et fabas per duas partes.

**Quod fres capitulum et couentus sci dominici hãnt curam et gubernationem ca
pelle inferioris sci herculani de por sci petri. R.**

CXX Item uolumus/quod fres conuentus sancti dominici/hãnt curam et gubernationem/
decetero/capelle inferioris sci herculani/de por sci petri/et quod omnia munera
et oblationes/et comoda/ptineant ad capellanum eligendum/pdictos fratres/
et caplm Aliquo nõ obstante

**Quod ultra exitus inpñti statutorum uolumine contentos massarii cois pisis. nichil
possint expendere sine deliberatione consilii oportuni. R.**

Quoniam moderati/seu inordinati/exitus/nõ solum priuatorum substantias/
et cuiuslibet/opulentissime rei publice/dissipant/et eu̅tiunt/pnti salutari
caplo/duximus statuendum. Quod massarii cois pisis/nõ possint nec debeant
CXXI quoquomodo iure/causa/seu forma/directe uel indirecte/p se uel alium/quecumque
aut qualitcumque/ultra exitus contentos/in uolumine pntium statutorum/et
ordinamentorum cois pis aliquod pagamentu/seu solutionem aliquam facere/
uel aliquid aliud dare uel concedere de bonis aut pecunia/seu rebus cois pisis/que
quecumque aut qualitcumque/perueniet ad eorum manus/contra seu preter/formam
seu exigentiam precedentium statutorum/in hoc uolumine contentorum. ¶ Et si secus
uel aliter fieret facerent/quod factum fuit nõ teneat ipo iure ¶ Et nichilominus
pro quolibet et uice qualibet/incidat inpenam mille libr d p maiorem sindicum
aut quemcumque alium offitialem/dci cois/de fcõ auferendam. Et nichilominus
quod solutum/expensum/datum seu concessum fuit/de eorum pprio soluisse/et
dedisse intelligatur/et nõ deauere pecunia seu de bonis et rebus cois pisis ¶ Saluo
quod dci massarii/precedente tn deliberatione consilii dnorum priorum artiu dce Ciuitatis
pisis/q pro tpr fuerint/et Camerariorum/Et obtempto partito adminus p nouem
priores et trigintaquinque camerarios ad bussolam et fabas/dci consilii/sup unaquaque
casu ¶ Possint/et eis liceat/pro quibuscumque casibus quolibet emergentibus
incon/expendere omnem quantitatem flor seu pecunie/que quecumque aut qualitercumque
deliberetur in aliquo casu quolibet emergente/quecumque aut qualitcumque
ultra quoscumque alios exitus/contentos incapitulis supradictis contentis ¶ Quam

deliberationem/ Massarij ipsi possint omnem expensam facere et pagamentum quod
cumque opportunum de quacumque pecunia et auere communis Pusij libere licite et impune/
in quantitate quacumque/ et eo modo/ et forma/ pro ut extiterit quolibet deliberatum/
seu declaratum/ seu prouisum per consilium supradictum/ et omni uice qua declaratio
aliqua fieret/ et incessanter/ non obstante aliquo capitulo/ presentium statutorum uel
alio in contrarium/ uel aliter quolibet disponentium.

Quod supradicta statuta et alia in hijs que declarata non erint locum habeant in presentibus
Massarijs et futuris. Rubrica

Cum generale prouisum non fuit quo tempore dicta statuta haberent initium sumere licet
super aliquibus casibus/ fuit in spe declaratum/ pro ut precedentium capitulorum
Cxxij. exigentiam/ in aliquibus denotatur presenti capitulo duximus statuendum/ quod supra
dicta capitula statutorum/ et quolibet ipsorum/ in casibus non prouisis/ quo tempore deberet
initium sumere principium/ habeant/ et uigorem in presentibus massarijs et futuris
presenti anno Millesimo. cccc. et ordine successiuo/ de tempore in tempus possint et debeant/
in perpetuum obseruari Aliquo non obstante/ iuxta et secundum eorum/ et cuiusque eorum/ exi
gentiam et tenorem.

De offitio offitialium super vijs fontibus et pontibus Rubrica et de eorum salario.

Quia offitium/ offitialium super vijs fontibus atque pontibus/ conseruandis/ nedum
utile/ uimo uerius necessarium iudicatur/ et ne per offitiales forenses/ occasione
talis offitij/ indebita grauatio uel molestia inferatur/ Et quia sepe contingit quod
Cxxiij. occasione/ pontium et uiarum/ et similium in quibus debitus modus exceditur/ in
opportet/ Prouiderunt et ordinauerunt ex auctoritate et arbitrio/ supradictis/ Quod
deinceps eligantur quinque boni homines de ipso pusino videlicet unus pro porta/ quorum offitium/
durare debeat uno anno/ de quibus fiat sacchettum/ et extrahantur de anno in
annum/ quorum quilibet sit pro sua porta/ qui teneantur/ et debeant/ saltem semel/
singulis duobus mensibus/ ire in comitatu/ et inspicere/ et prouidere. vias maxime
principales/ et publicas/ pontes/ fontes/ et similia/ et ubi defectum in talibus in
uenerint/ quod eo casu/ adiacentibus locis/ portiones talis operis/ assignent per castra
et uillas/ et eorum territoria/ que non reputentur terminata/ et assignata distinguere
terminare/ et designare/ ut eis uidebitur esse conueniens. Et tales adiacentes/ infra
terminum diem/ a die talis assignationis/ debeant facere de se ipsis uel aliunde/ ut pla
cuerit eisdem superstitibus/ qui fieri faciat tale opus/ ex ipsis adiacentium predictorum/
Et assignetur terminus/ predictis ad complendum predicta per dictum offitialem/ competens/
et ut qualitas negotij suadebit/ que omnia scribantur in publicam formam/ et per publicum

notarium/quem quilibet dictorum offitialium/ ducere et habere debeat/ et ad sacramentum eligi/ una cum offitialibus supradictis/ et eo modo/ infra quem terminum/ si tale opus nisi legitima causa subsit completum non sit/ quelibet universitatum adiacentium predictorum. Centum libr. den. pena incurrat de facto/ per Iudicem iustitie auferendam. Et credatur/ et stetur relationi offitialis predicti/ et scripture dicti notarii/ Et nichilominus/ elapso tali termino/ per dictum Iudicem ad perfectionem talis operis/ realiter et personaliter compellatur/ ad instantiam dicti offitialis/ et alterius cuiuscumque petentis/ sub dicta pena/ Qui offitiales et eorum not./ dum venerint ad predicta/ stare vel morari non possint/ inceptatum creatione predicta/ ad salarium/ ultra quinque dies/ in dictis duobus mensibus/ et habeant pro ipsorum salario/ qualibet die/ et quilibet eorum triginta soldos den. dumtaxat solvendos/ per massarios comunis Perusii. sine alia apodixa/ vel mandato/ sub dicta pena. Et quod dicti offitiales/ vel not./ vel aliquis ipsorum non possint audeant vel presumant/ a comitatensibus Perusii/ vel alia persona tacite/ vel expresse/ aliquo colore quesito/ petere vel habere/ aliquod salarium/ vel aliam rem/ ultra salarium supradictum/ pena cuilibet contrafacienti pro vice qualibet. Centum libr. den./ Et de predictis omnibus/ per maiorem sindicum/ expresse debeant sindicari. Non obstante aliquo.

In nomine domini Amen. Hec est copia cuiusdam decreti sive bullectini concessi per Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum A. Cardinalem Bononiensem cuius tenoris et continentie cum signaturis infrascriptis et sigillatis impressione minoris sigilli dicti domini legati

A. Cardinalis Bononiensis } Perusii et cetera legatus

Cum intellexerimus pro preterito tempore in Camera massariorum huius Civitatis Perusii fuisse solitum et consuetum in erogando et distribuendo ceram tempore processionis infrascriptis omnibus faculas cere ponderis infrascripti dari et reddi sic volumus in futurum observari. Ideo vobis massariis Camere Perusine imponimus et mandamus quatenus tempore processionum in futurum fiendarum pro parte vestre camere detis et erogetis omnibus infrascriptis faculas de cera ponderis et modo infrascripto non obstante quod in regulationibus vestre camere de infrascriptis nulla fiat mentio et in eis non appareat videlicet

Vide pro faculis dandis ... [illegible] ... loco, ... [illegible] ... loco

Camerario nostro unam faculam seu cereum de cera ponderis	libr.	vj	cere
domino Thesaurario camere Perusine unum cereum ponderis	libr.	iiij	
ser Nicolutio ... [illegible] notario assumpto camere unam faculam ponderis	libr.	iij	
Notario offitialium super massaritiis unam faculam ponderis	libr.	iij	
Famello computatorum unam faculam ponderis	libr.	iij	
Famello vestre camere unam faculam	libr.	iij	
Offitiali minorum unam faculam ponderis	libr.	iij	

vide fo. ... [illegible] ... Nicolutij

Et similiter mandamus vobis massariis Camere Perusine quatenus detis et consignari faciatis Cancellariis nostris pro usu nostre Cancellarie tres cartas ... [illegible] ... presens faciendo bullectenorum presentibus existentibus camere computatorum. Datum Perusii die xxv Ianuarii ... [illegible] ... xxv. tertia indictione.

A. Cardinalis Bononiensis } Perusii et cetera legatus

A. de Luca.

Inter alia que reperiuntur in quodam capitulo statutorum
communis Perusii reperto in volumine statutorum novorum dicti communis
in primo libro sub rubrica de electione et offitio notariorum
palatiorum et de offitialibus et offitio super fornaces, panicocolis,
viis, fontibus et matonatis, reperitur sic videlicet.

Ordinamentum porcorum sancti Antonii. c. lxx ...

Statuimus et ordinamus quod ad scribendum omnia acta et scripturas
civilium causarum ad copiandum ad bancum maleficiorum etc. Unus autem
sotius potestatis et capitanei sit et esse debeat super tabernariis,
pizicarolis, panicocolis, fornariis, et super fontibus reaptandis,
muniendis et meliorandis et purgandis ubi fuerit opportunum.
Cum quo sit unus ex notariis potestatis cum sotio potestatis.
Cum sotio vero capitanei sit unus ex notariis capitanei. Debeat
autem dictus sotius cum suis notariis super esse porcis qui vadunt ad
stratam per civitatem et burgos etc. Et idem sotii sub pena quinquaginta
librarum denariorum teneantur singulis diebus inquisitionem facere contra omnes
et singulos qui tenent porcos vel tenuerint ad eundum ad
stratam per civitatem et burgos Perusii. Et porcos inventos debeat
occidi facere et vendi pro communi. Et insuper puniat dictus porcos seu
porcorum pro quolibet porco in centum solidis denariorum. Et nichilominus
quilibet impune possit capere et occidere dictos porcos, ita tamen
domino suo. Hec tamen non vendicat sibi locum in porcis sancti
Antonii qui signati sint de campanellis et signo T. Qui
accedere possint usque ad numerum quinque qui sint masculini sexus.
Et quod habeat dictus miles sotius medietatem porci quem venire
fecerit in communi. Et quilibet possit esse accusator. Et si dicti milites
fecerint in communi. Et quilibet possit esse accusator. Et si dicti milites
de predictis omnibus et singulis non fecerint inquisitionem de omnibus
de quibus tenentur per formam statutorum puniantur ipso facto
in xxv libris denariorum. Et deinde expresse sindicentur et teneantur
reddere rationem. Et nullus possit habere nec tenere baccam
seu aliquid aliud impedimentum etc. Et quod massarii communis Perusii
teneantur et debeant in festo sancti Antonii in reverentia
et honorem dei et ipsius sancti Antonii dare et solvere singulis
annis priori ipsius ecclesie sancti Antonii pro actoramine dicte ecclesie
de quantumque pecunia et avere communis Perusii centum libras denariorum
sine aliqua solutione gabelle sub pena v. librarum denariorum de facto
auferenda tempore eorum sindicatus si ad requisitionem prioris predicte
ecclesie dictam quantitatem non solverint temporibus supradictis. Aliquo
quod loqueretur in contrarium non obstante. Quam penam
debeat et teneatur maior sindicus communis Perusii dicto anno exigere
et exigi facere a dictis massariis pro dicto communi. Et si non fecerint
vel fieri fecerint, simili pena puniatur et condempnetur sub
tempore sindicatus per eius sindicatorem ad petitionem cuiuscumque petentis

... Nicolai

99v

et de suo salario retinendo per computatores et eorum de quibus et massariorum et maior sindicatoris perpetuis expensis et specialibus debeat sindicari.

Benedictus ser petri de perusio notarius super Registris predictis hic transcripsi.

Infrascripta est Copia cuiusdam brevis directi ex parte domini nostri pape thesaurario et computatoribus monete et massariis comunis perusii in favorem iamdicti ser Datum eiusque domini nostri sigillo sigillati videlicet.

Innocentius papa VII.

p. ser Datuno ord. 3

Dilecti filii. Salutem et apostolicam benedictionem. Volumus et presentium tenore vobis mandamus ut non obstantibus aliquo mandato per litteras nostras in contrarium facto super exitibus ordinariis vel extraordinariis Camere Civitatis nostre perusine. detis et solvatis dilecto filio Datuno Russi de perusio omnem quantitatem pecunie qua vos salarium suum tam a vobis computatoribus quam etiam a vobis massariis recipere debuit ad salarium ab eisdem debendo volumus ut per venerabilem fratrem Benedictum episcopum vintimiliensem nostrum computatores et massarios sibi quod debitum est pro labore dicti Datuni usque ad rationabilem quantitatem tam tempore preterito quam futuro statuatur. Est enim intentionis nostre. ut labores dicti Datuni iuxta remuneratione nullo modo careant. Nec inhibitionem aut mandatum per litteras nostras hactenus vobis factum salarium dicti Datuni quominus eidem plene solvatur retardare impedire. Datum Rome sub anulo nostro secreto die prima septembris Pontificatus nostri anno secundo.

Leonardus.

A tergo vero dicti brevis erant scripta hec verba videlicet.

Venerabili fratri. Benedicto episcopo vigintimiliensi. thesaurario. ac dilectis filiis computatoribus et massariis Camere Civitatis nostre perusine.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo cccc vi indictione
xiiii. tempore domini Innocentii pape vii. die viii. mensis
Octobris.

Salarium de Saturnis

Convenientes adinvicem in camera iusta camere conservatoris
monete et massariorum civitatis Perusii. Reverendus in Christo
pater et dominus dominus Benedictus episcopus Vintimiliensis generalis
thesaurarius domini nostri pape in civitate Perusii etc. Et
prudentes et circumspecti viri Petrus magistri Pauli. Ser
Bulganus Costangoli. et Matheus Cenoli, cives perusini
conservatores monete civitatis Perusii. Et prudentes viri magister
Symon Hermulani. et Jacobus ser Costantii massarii
civitatis Perusii. vollentes facere declarationem salarii ser
Saturni Tiberii de Perusio notarii dicti domini thesaurarii. ex
commissione et eis facta per brevissimam domini nostri pape breve
et etiam presentatis. prefatis domino thesaurario conservatoribus et
massariis directum. virtute dicte commissionis et brevis predicti
declaraverunt dictum salarium dicti ser Saturni esse
sex flor. auri pro quolibet mense percipiendo per eum
hoc modo videlicet. quattuor flor. auri a camera conservatorum
monete. Et duos flor. auri a camera massariorum civitatis
in debita solutione habendos tam pro tempore preterito quam futuro.
cuius temporis principium suppositum die xii. Januarii. anni
MCCCCVI. Rogantes me Benedictum notarium infrascriptum ut
de predictis publicum conficiam instrumentum.

Benedictus ser Petri notarius super registris
predictorum conservatorum monete rogatus scripsi.

Hec est Ordinamentum editum per dominos priores et Camerarios artium civitatis Perusii in favorem fratrum sancte marie Novelle de conductu porte sancti angeli. tempore ser Calfucii(?) menecutii(?) notarii dictorum dominorum priorum.

Ordinamentum in favorem fratrum sancte marie Novelle de conductu

In nomine domini amen. Anno domini millesimo ccclxxvij. Inditione xv. tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia pape xj. die lune xxvij. mensis Januarii.

Consilio magnificorum dominorum dominorum priorum et camerariorum artium civitatis Perusii ad sonum campane et tubarum, vocem quoque preconis, de consensu reverendissimi in Christo patris et domini domini landulfi cardinalis barensis, legati in civitate Perusii pro domino nostro papa et sancta Romana ecclesia et de mandato nobilis et potentis militis, ac experti legum doctoris domini Romei de Lonoria(?) honorabilis potestatis civitatis Perusii in audientia in capella palatii ipsorum dominorum priorum more solito convocato et congregato. In quo quidem consilio interfuerunt predicti domini priores. Novem presentes et in concordia. Martino Fenaschi(?) alio collega eorum egrotante, absente. Et camerarii artium numero xxxviij. Supradicti Igitur domini priores omnes novem ut supra. una cum dictis Camerariis. Et dicti camerarii una cum dictis dominis prioribus. existentes ut supra, in audientia predicta, ad consilium congregati. volentes circa infrascripta salubriter providere. deliberatione prehabita, inter dictos dominos priores. die lune precedente de predictis. Et hodie inter dictos dominos camerarios super propositis. Exhibitis consiliis et super istis per dictos dominos priores. misso et obtempto partito. ad bussula et fabas albas et nigras. secundum exigentiam dictorum statutorum. Ex omnibus potestatibus, auctoritatibus arbitriis et bailiis predictis dictis prioribus et camerariis artium dicte civitatis mixtim vel divisim concessis datis et attributis a communi Perusii predicto. pro forma quorumcumque statutorum et ordinamentorum dicti communis. et omni modo, via iure et forma quibus melius potuerunt. providerunt, ordinaverunt et Reformaverunt infrascripta. videlicet.

In primis cum pro parte fratrum sancte marie Novelle de conductu porte sancti angeli fuit humiliter supplicatum. Quod cum ipsi pauperes sint. Nec valeant singula honera expedientia tam pro eorum victu quam pro luminibus et aliis necessariis circa divina officia celebranda supportare. Nisi de aliquali caritativo subsidio provideatur. Idcirco deliberatione prehabita, et exhibitis consiliis et obtempto partito die lune precedenti inter dictos dominos priores, mictentibus eorum fabas albas. Et hodie inter dictos camerarios, videlicet per xxxviij. camerarios mictentes eorum fabas albas. Nulla faba nigra in contrarium reperta. Intendentes opportunitati dictorum fratrum, ob reverentiam beate marie virginis

gloriose, salubriter et misericorditer providere. Ex omnibus arbitriis eisdem
dominis prioribus et aliis, mixtum vel divisum concessis et attributis per formam
quorumcumque statutorum et ordinamentorum comunis Perusii. Et ex omnibus aliis eisdem quomodocumque
et qualitercumque concessis. Providerunt statuerunt, ordinaverunt et reformaverunt
quod dicti fratres. Capitulum et conventus dominorum fratrum sancte Marie Novelle
de contrata porte sancti Angeli in perpetuum habeant et habere debeant
a comuni Perusii, pro subsidio cere et luminum expedientium circa divina
offitia ministranda et celebranda in dicta ecclesia, anno quolibet
annuam helimosinam triginta librarum cere, hoc modo videlicet.
Quindecim libras cere in festo sancti Herculani. Et reliquas quindecim
libras cere, in festo sancte Marie de mense Augusti cuiuslibet anni.
prout alii fratres habent et soliti sunt habere, sive ipsi fratres sancte Marie
Novelle ad processiones et luminaria accedant prout alii fratres
sive non. Ad que nullatenus cogi nec compelli valeant, nisi prout
et sicut de ipsorum fratrum processerit voluntate. Mandantes exnunc
Massario comunis Perusii tam presentibus quam futuris quatenus viso presenti ordinamento
dumtaxat absque aliquo alio precepto vel mandato, dent et solvant
dictis fratribus capitulo et conventui dominorum fratrum sancte Marie Novelle, anno
quolibet pro annua helimosina predicta in dictis festivitatibus sancti Hercu-
lani et sancte Marie de mense Augusti. Dictam ceram videlicet quindecim
libras cere in qualibet dictarum festivitatum. Ita quod quolibet anno
habeant integraliter dictas triginta libras cere pro divinis
offitiis celebrandis in eorum ecclesia predicta. Non obstantibus quibuscumque
legibus statutis ordinamentis vel reformationibus in contrarium disponentibus
quoquomodo. Et maxime statuto comunis Perusii disponente quod ultra
exitus ordinarios nichil expendi possit ullo modo. Quibus quo ad
predicta derogaverunt expresse. Aliquo non obstante.

No. pro ecclesia sancte Marie novelle de conventu de cera danda in festo sancti herculani et in festo sancte marie mensis augusti.

Ego Calfictius mercatantis de Perusio publicus imperiali auctoritate
notarius et nunc notarius dominorum dominorum priorum predictis interfui et de
mandato dominorum dominorum priorum ea scripsi et publicavi.

Benedictus ser Petri notarius super registris
predictum ordinamentum hic registravi.

La cera ch si da p santo arcolano	in mo libre	6 00
La cera ch si da p sanj gostanzo	in mo libre	7 12
La cera ch si da p lasensione	in mo libre	6 00
La cera ch si da p locorpo di xpo	in mo libre	3 31
		843

Nota quod officiales super custodia comitatus et civitatis Pisarum et capitaneus eorum tenentur
ire faculas in festo sancte Marie de mense Septembris quod celebratur ad ecclesiam
sancte Marie Nove pendentes in libris ... in ipsis accendere tenentur ad dictam
ecclesiam unum ordinamentum factum per dominos priores et capitaneum maiorem ser Nicholaum ser Bartholomei
tunc notarium dominorum priorum currente sub anno [illegible] die prima mensis Septembris

Regr. P fol. 46.

33

Hoc est ordinamentum conditum per dominos priores et camerarios artium civitatis
Perusii in favorem fratrum Sancti Augustini de Perusio porte Sancti Angeli manu
ser Luce ser Nicholai notarii dominorum priorum

Ordinamentum in favorem fratrum Sancti Augustini de Perusio pro faculis et candelis in festo Philippi et Iacobi apostolorum.

In nomine Domini amen. Anno Domini Millesimo cccc viij Indictione j tempore
domini Gregorii pape duodecimi die xvij mensis aprilis.

Consilio Magnificorum dominorum dominorum priorum et camerariorum artium civitatis
convocato et congregato in palatio residentie dictorum dominorum priorum de
mandato dictorum dominorum priorum et Gregorii legum doctoris domini Iohannis vicarii
et collateralis nobilis militis domini Antonii de Unciis de Capua honorabilis potestatis
comunis Perusii absente ad presens ipso domino Antonio potestate a civitate Perusii
ad sonum campane et tubarum voce preconis more solito in quo consilio in-
terfuerunt dicti domini priores omnes decem presentes et in concordia et camerarii numero
xlij in ipso consilio dicti domini priores et camerarii existentes collegialiter
congregati in dicto loco facto misso et obtento partito primo in eclesiis priores
ad bussolam et fabas albas et nigras per omnes mictentes fabas albas de
sic die precedenti et deinde hodie facto misso et obtento partito in eclesiis
camerarii secundum formam statuti et ordinamentorum comunis Perusii ut infra continetur secundum
... potestatis debitis et baylie ... comunis Perusii ... conformam quorum
cuiusque statutorum ordinamentorum et reformationum et regulationum dicti comunis Perusii Et ut
ius et iustitia unicuique tribuatur et pro honore status et magnificentia comunis
Perusii providerunt infrascripta omnia et singula et approbaverunt et reformaverunt prout
voluerunt et mandaverunt non obstantibus quibuscumque legibus statutis ordinamentis
et regulis in contrarium loquentibus quibus quo ad presentia totaliter derogaverunt. Cum
etc. Item cum pro parte fratrum Sancti Augustini de Perusio fuerit producta quedam
supplicatio coram dictis dominis prioribus et camerariis artium cuius supplicationis tenor
talis est, videlicet: Ad honorem omnipotentis Dei beatissime semper virginis Marie
nec non beatissimorum apostolorum Philippi et Iacobi sanctissimi Herculani mar-
tiris et doctoris eximii beatissimi Augustini supplicatur cum devotissi-
marum orationum suffragio excellentissime magnificentie dominationis vestre devo-
tissimi atque perpetui oratores vestri ordinis Sancti Augustini fratres huius almae
vestre civitatis quatenus de solita vestra clementia placeat ut quem-
admodum distribuendo cereos per vestros offitiales [illegible] personaliter
cum processionibus vestre civitatis ita ad eorum in die sanctorum Philippi
et Iacobi facere et venire dignemini si placet diu temporibus [illegible]
dicti domini priores et camerarii existentes collegialiter congregati [illegible] vis unica
petitione facto misso et obtento partito primo die precedenti in eclesiis priores
ad bussolam et fabas albas et nigras per omnes mictentes fabas albas de
sic et deinde hodie facto et misso et obtento partito in eclesiis camerarii
ad bussolam et fabas albas et nigras per xl camerarios mictentes fabas albas
de sic non obstantibus duabus fabis nigris in contrarium repertis in dicto partito
... divina esse omnibus preferenda secundum omnibus ... potestatis de-
... et baylie comunis concessis ... comunis Perusii Et omni modo iure et forma
... et baylie ... providerunt ordinaverunt et reformaverunt Quod
quibus melius potuerunt providerunt ordinaverunt et reformaverunt quod
domini priores artium civitatis Perusii qui pro tempore erunt in perpetuum
vadant et accedant ad dictam ecclesiam Sancti Augustini dicta die festi dictorum
sanctorum Philippi et Iacobi cum processionibus et luminaria clericorum
et portent et apportari debeant ad dictam ecclesiam duodecim faculas

ponderis quatuor librarum pro qualibet earum facularum dicta die dicti festi. Quas
faculas massarii comunis predicti dare teneantur et debeant dictis dominis prioribus
portandas et dimictendas dicte ecclesie Sancti Augustini. Et quas ipsi domini
priores dimictant et dimictere teneantur et debeant tunc dicta die dicte
ecclesie. Et quod dicti massarii teneantur et debeant et etiam dare dictis
fratribus et ecclesie predicte dicta die dicti festi decem libras candelarum.
Quas candelas dicti fratres teneantur dare et distribuere
in clericos euntes ad dictam luminariam et processionem
dicta die sub pena dictis massariis contrafacientibus vel predicta non
observantibus centum librarum denariorum aliquibus legibus statutis ordinamentis
et reformationibus vel regulationibus in contrarium disponentibus non obstantibus
quibus quo ad predicta derogaverunt expresse.

Die xviii mensis aprilis strenuus et potens miles dominus
Franciscus de Ricardis de Ortona vicegerens domini nostri illustrissimi
regis domini Landislai residens in palatio residentie dominorum priorum in
presentia dictorum priorum existens consensit et consensum dedit omnibus et
singulis legibus ordinamentis reformationibus statutis factis a die xv dicti mensis aprilis — Consensus de legibus
citra usque ad hodie per dominos priores et camerarium artium civitatis predicte
et ipsas leges ordinamenta et reformationes confirmavit emologavit
approbavit et ratificavit omni modo iure et forma quibus melius
potuit sub quocumque tenore et forma verborum et super quibuscumque
negotiis et provisionibus etiam si requirerent per specialem provisionem
dicte leges prout ordinamenta maiores provisiones emanaverint
ac si et specialiter et expresse fuerint per ipsum ratificata habens
ea omnia et singula hic pro sufficienter expressis et declaratis rogantibus
rogamus me notarium ut de predictis conficerem publicum instrumentum.

Ego Lucas ser Nicholai de Perusio notarius imperiali auctoritate notarius
et nunc notarius dictorum dominorum priorum predictis interfui et de eis rogatus
fui et eis per alium scriptis eorum mandato me subscripsi et publicavi.

Andreas Iohannis notarius super registro predictum
ordinamentum hic registravi.

Ordinamentum factum in favorem domini Antonii capelle in capella dominorum priorum

Hoc est ordinamentum factum in favorem domini Antonii Paulini capellani
seu rectoris capelle palatii dominorum priorum artium civitatis Perusii.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo iiii^c v^to indictione xiii tempore sanctissimi
in christo patris et domini domini Innocentii divina providentia pape septimi
et die xv^a mensis ianuarii.

Consilio magnificorum dominorum priorum et camerariorum artium civitatis
Perusii in audientia ac capella residentie palatii habitationis dominorum
priorum, demandato spectabilis et egregii legum doctoris domini Iohannis de
Montemagno de Pistorio honorabilis locumtenentis potestatis civitatis Perusii,
vacante offitio domini capitanei populi Perusini, ad sonum campane tubarum
voceque preconis in sufficienti numero more solito convocato et congregato,
in quoquidem consilio interfuerunt ipsi magnifici priores numero novem,
absente Sighinolfo de Anechilottis eorum sotio et collega, presentes
et in concordia, nec non camerarii artium civitatis Perusii numero xliiii
insimul collegialiter congregati, considerantes omnia infrascripta respicere
statum bonum quietum pacificum et tranquillum civitatis et rei
publice Perusine, nec non honorem et gloriam ecclesie sancte dei et domini
nostri pape nec non reverendissimi in christo patris et domini domini L.
miseratione divina cardinalis dignissimi Lucensis in civitate
Perusii legati etc. Igitur deliberatione habita super omnibus infrascriptis dicte
videlicet precedentibus inter dictos dominos priores pro omnes novem mictentes
fabas albas et hodie in dicto consilio per dictos camerarios ad bussolam
et fabas albas et nigras prout inferius apparebit, ex omnibus
arbitriis auctoritatibus potestatibus et bayliis eisdem dominis prioribus
et camerariis coniunctim vel divisim concessis [illegible] quorumcumque
statutorum et ordinamentorum communis Perusii, et maxime super statu bono pacifico
et tranquillo dicte civitatis et aliis contentis in capitulo de consilio dominorum
camerariorum etc. Et ex omnibus aliis arbitriis eisdem dominis prioribus
et camerariis quomodocumque et qualitercumque concessis et attributis seu
competentibus quovis modo, providerunt statuerunt et reformaverunt
omnia et singula infrascripta et quelibet ipsorum —

Item cum ea que respiciunt helemosinam christi pauperibus
eroganda et etiam honorem communis et populi Perusini et maxime
offitii priorum sint modis omnibus admictenda, sitque ut tanto
ratus bonus quanto moribus ornatus vite que honestus, religiosus

De veste dicti capellano capelle dominorum priorum

dominus Antonius Paulini capellanus capelle palatii dominorum
priorum artium civitatis Perusii et fideliter sollicite attento que studio
serviat capelle dictorum dominorum priorum, ne provisione habita respectu
utilissimorum fructuum que prebet divinis offitiis et aliis sicut
decet. Igitur volentes intuitu pietatis et amoris dei eidem
de aliqua elemosina providere, attendentes quod domicelli anno
quolibet unam vestem habent valoris decem florenorum de auro —

supplicibus cois perusii. Unde videtur congruum esse et consonum rationi
ut dictus dopnus Antonius. similem provisionem habeat a cois. Igitur
deliberatione matura prehabita et exhibitis consiliis et scto et obtempto
partito die precedenti inter dnos priores. Et hodie inter camerarios
vz. per xli. fabas albas non obstantibus tribus fabis nigris in
contrarium repertis. Ex omnibus arbitriis supradictis. Providerunt
statuerunt et reformaverunt. Quod amore dei et pro honore cois perusii
de cetero fiat et fieri possit et debeat dicto dopno Antonio per
massarios cois perusii. una vestis. Illius coloris quem dictus dopnus
Antonius elegerit valoris decem florenorum auri. sine aliqua solutione
gabelle. Anno quolibet in festo sancti Constantii prout et quemadmodum
~~Elargitur~~ per domicellis dnorum priorum extra statuta cois perusii
Elargitur/ pena massariis si fuerint negligentes quingentarum
librarum den. Non obstantibus quibuscumque legibus in contrarium disponen-
tibus quocumque modo. Cum hoc quod ad predicta etiam statuta cent que
derogatione exigent specialem specifice et expresse derogaverint
aliquo non obstante.

Ego Iohannes Pauli de Perusio. publicus imperiali auctoritate notarius et iudex
ordinarius et nunc notarius dictorum massariorum dictorum priorum predictis ob
omnibus et singulis interfui et ea rogatus scripsi et publicavi.

Franciscus quondam Iohannis Nicolay notarius super
registris etc cum hoc ordinamentum hic registravi

In nomine domini amen. Anno domini a nativitate [illegible] Ind. prima tempore domini Gregorii pape
XI die XX mensis decembris

Consilio magnificorum dominorum domini Francisci de Ricardis de Ortona Regii vicarii
regis in civitate Pisarum etc. Et dominorum priorum et camerariorum ac civitatis Pisarum
demandato nobilis et potentis militis domini Antonii de Vincio de Capua honorabilis potestatis
civitatis Pisarum et ipsorum dominorum priorum in solita audientia palatii residentie dictorum dominorum
priorum. Dicti capellam, ad sonum campane et tubarum et voce preconum more solito
convocato congregato et coadunato. In quidem consilio aderant omnes decem presentes
et in concordia et camerarii dicti numero xliii. In quidem dominus dominus Regius vice Rex
et priores et camerarii ad consilium aliquid consiliariorum volentes circa infrascripta omnia et singula
salubriter providere declarare deliberationem prehabita inter dictos dominos priores dicte
... Et misso inter eos partito ad bussolas et fabas albas et nigras et sollempniter obtento
pro [illegible] formam statuti precedente in consensu deliberationis et voluntatis supradicti domini
Regii vice Regis et [illegible] Et hodie inter dictos dominos dominum Regium vicarium Regem et priores
et camerarios dictum consilium exhibitis [illegible]. Et misso inter dictos camerarios partito ad bussolas
et fabas albas et nigras Et sollempniter obtento prout infra particulariter apparebit Et
ex omnibus arbitriis et potestatibus auctoritatibus et bayliis pertinentibus dictis consiliis actibus performa
quorumcumque statutorum et ordinum communis Pisarum ac capitulorum cum Regia maiestate celebratorum
mixtis ut demissis Et omni iure via iure forma quibus melius potuerunt provi-
derunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta Et
quodlibet eorum videlicet

Imprimis cum advenerit inclitam civitatem Pisanam Et ad locum et conventum fratrum minorum beati
Francisci ex dono gratie singularis providentia ex alto delata et portata pro dicto fuerint
per civem notabilem ac amantissimum Pisanum Nicolaum Johannis Andreucci de Pellolis
de longinquis partibus una spina ex sacratissimis spinis corone domini nostri Yhesu Christi cum vir-
ginalem aulam salutationis angelica mediante Et illud aut carabilis orationis fuerint
profecte. mirabiliter incarnati Et demum pro humani generis redemptione crucis
sponte patibulo crucifixi. Quam quidem spinam coronam tempore passionis eiusdem
milites et alii in curia palatii plorantes sanctissimo capiti eiusdem domini nostri Yhesu Christi acute
imposuerunt ideo quo ipsam decrevimus prefati. Que spina non dum est nota
nec manifesta populo Pisano nec patrie ac [illegible]. Et quam decet totis affectibus
[illegible] ac viribus honorare Et adhoc ut [illegible] processionaliter innotescat Et
cadem devotio maxima ab omnibus [illegible] habeatur facto supradicti domini dominus vice
regius vice Rex et priores et camerarii dictum dicte civitatis ut supra ad consilium
collegiale congregati volentes infrascriptas et circa predicta providere devotio et honore
dicte sanctissime spine deliberare ac sollempniter providere deliberatione predicta dictorum
precedente inter dictos dominos priores et misso inter eos partito ad bussolas et fabas albas
et nigras et sollempniter obtento [illegible] formam statuti precedente in consensu vo-
luntatis et deliberatione supradicti domini Regii vice Regis Et deinde inter dictos dominos
dominum Regium vicem Regem priores et cum ac exhibitis consiliis et misso
inter dictos camerarios partito ad bussolas et fabas albas et nigras Et sollempniter obtento
per xliii fabas albas camerariorum dictorum non obstante una faba nigra in contrarium
reperta Ex omnibus arbitriis supradictis providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt
primam legem et statutum validum firmiter observandum Quod ad honorem et reverentiam domini
nostri Yhesu Christi et dicte sacratissime spine corone eiusdem ipsum sanctissimum reliquiam
spine predicte per ore Pisanorum totis viribus honorem eam portando processionaliter
et cum omni qua decet reverentia et honore Et quia non videtur habile neque
possibile in presenti consilio deliberare modus horum ordinem et expensam propterea
faciendam providerunt ordinaverunt et reformaverunt Quod presentes domini
priores dictum eligant et eligi possint et debeant decem camerarii duobus
pro quibus porte quibus una cum dictis dominis prioribus virtute presentis ordinamenti
habeant et hec intelligatur plenum liberum et generale arbitrium auctoritatem et potestatem
videndi examinandi terminandi statuendi providendi reformandi et declarandi modus temporis
quando et quo modo dictum sanctissimum reliquium spine predicte debeat honorari et
processionaliter defferri per civitatem Pisanam et in eadem loca et a quibus Et et
declarandi expensas et quantitatem rem ex ipsa tradende et a quibus officialibus communis Pisani
(S) ac consiliatoribus ut amassariis dicti communis et quibus officialibus tradatur Ita quod
fieri domini priores cum dictis decem camerariis ut premictitur eligendis in predictis et circa
predicta et connexis et dependentibus ab eisdem et circa honorem fiende predicte spine
habeant et hec intelligantur virtute presentis legis et ordinum. Et etiam
cum arbitrium auctoritatem et potestatem quod et quam hinc et hec consistatur totum consilium
presens quoquomodo providere expresse et penitus reformare omnia et singula
que per eos in premissis et circa ea facta dicta promissa declarata statuta seu mandata
fuerint quo vis modo mandantes ipsum tam consiliatoribus et massariis communis Pisani

Et utriusque dictorum offitiorum camerarius [illegible] per ordinem et cuius vigore mandant predictos dominos priores
et decem cum [illegible] possint teneantur et debeant dequaturque [illegible] eorum camerariorum predictorum
et dare proterea per eos declarandam erogare et dare ac quantitate opportunam et necessariam
pro solutione gabelle et adipos exitus per eos faciendi [illegible] et
fuerit oportunum Et si opus fuerit faciendo et expendendo per eos nostros et fancellos [illegible]
dictorum habitis successores libere licite et impune ita posita et singula providenda statuenda et refor-
manda declaranda et quolibet mandanda et iniungenda per predictos et ipsorum occasione
dominos priores et decem cum ut premittitur eligendos valeat et teneat et executioni mandent
priores et aborum cum effectu sub illis penis per eos quolibet imponendis. Non obstantibus quibus-
cumque legibus statutis ordinibus reformationibus aut dicti consilii regulatis introductum promissorum vel
foret de aut super quibus opporteret fieri mentione specialem et maxime statutis seu regulationis
disponente quod nil fieri possit aut predictis deitronis successores et aliis quibuscumque
et singulis quo ad predicta derogaverint expresse aliquo non obstante. Quibus omnibus

Eodem die et post predicta. Convenientes ad invicem Magnifici domini domini priores ac
supradicti omnes decem presentes et concordia in capella palatii eorum solite residentie
habentes commissionem et arbitrium eligendi et nominandi decem cum duobus pro qualibet
porta super procedendo et honorando supradictam sanctissimam spinam corone domini nostri
Yhesu Christi et et super providendo et promissiones faciendo super mudantias super dicte
platee supprimendum et plateare et aliorum predictorum de quibus commissione et arbitrio
super ipsorum latissime manu mey notarii infrascripti hodierna voluntes ad dictam
electionem procedere adhuc ut dicta supradicta debito modo procedant et effectum
debitum mandent omnibus et [illegible] prout decet ex omni arbitrio et dominus
potuit ut supra collato dato et concesso Et omni modo via iure et forma quibus
melius potuerunt elegerunt nominaverunt et deputaverunt infrascriptos decem
cum duobus pro qualibet pro qualibet porta ad omnia et singula supradicta et
quodlibet predictorum videlicet

Nicolaum Martini
Iohannem Baldere — Porta Hebrie
Petrum Benegnanti
Meum Iacobi — Porta Sancti Petri
Massarum Guidi
Matheum Vanoli — Porta Solis
Petrum Pauli
Matheum Nicolay — Porta Sancti Angeli
Insignam Nicolay
Iacobum Pucciarelli — Porta Sancte Subhe

Die xxi mensis decembris Convenientes ad invicem in capella palatii dictorum
dominorum priorum ac Magnificus ac strenuus miles dominus Fanasiis de Riccardis
de Ortona Regius vice Rex in civitate predicta et [illegible] Et Magnifici domini domini priores
dicte Civitatis ac decem Et camerarius porte Sancti Petri Et et consules mercatorum
dicte Civitatis Et [illegible]

Die xxi mensis decembris Convenientes in unum et simul collegiate congregati
in capella palatii solite residentie Magnificorum priorum artium Civitatis predicte
presentes domini priores artium dicte Civitatis omnes decem Et et in-
frascripti decem cum duobus pro qualibet porta videlicet

Nicolaus Marci
Johanne Baldere — Porta Hebrie
Petrus Benegnanti
Meus Iacobi — Porta Sancti Petri
Massarius Guidi
Matheus Vanoli — Porta Solis
Petrus Pauli Nicoli
Matheus Nicolay — Porta Sancti Angeli
Insigna Nicolay
Iacobus Puccarelli — Porta Sancte Subhe

Camerarii electi et deputati per dominos priores super omnibus et singulis infrascriptis de quorum electione sub constat manu mei notarii infrascripti. Considerantes et animadvertentes quod ex dono quae singulariter ex alto processit iam delata et apportata fuerit ad civitatem perusinam de longinquis partibus per cives notabiles ac amantissimos perusinos Nicolaum Iohannis Andrucioli de Pellolis una spina ex sacratissimis spinis corone nostri sanctissimi salvatoris pietatis sua in nuntium virginalem salutationem angelica mediante et illud sanctissimum ave gabrielis ore suavius intonante mirabiliter incarnati et demum pro salute generis humani crucis sua sponte patibulo crucifixi. Quam quidem spinam coronam eiusdem passionis tempore militis et alii in curia Pilati positi plectentes sanctissimo capiti eiusdem nostri sanctissimi redemptoris acute affixerunt adeo quod usque ad cerebrum spine predicte letaliter perforarunt. Que quidem unica spina est in ecclesia sancti Francisci de Perusio. Et non diu est notis aut manifesta tradita in loco et conventu fratrum minorum sancti Francisci de Perusio. Et non diu est notis aut manifesta populo perusino. Nec aliud de patria civitatis putantes quod rarum mirabile reliquiarum dicte spine debere in civitate Perusii et a toto populo perusino totis sensibus affectibus et mentibus honorari adhoc ut fama processionaliter innotescat et ecce omnes eam pre civitates reportet in maxima devotione. Volentes ad honorem et memoriam tam reliquiarum prout convenit providere deliberationem plenaria electos infra ecclesiam sancti illius commissionem plenaria per ipsa inter ipsos dominos priores et decem camerarios electos inter quos sub huius commissione plenaria predicta inter ipsos dominos priores et decem domini regni vice regis et priorum et camerarii civitatis Perusii de quibus laudatis potestatis consilio dominorum ... sub die xx presentis mensis decembris manu mei Ugolini notarii infra ... et arbitrio ut sic constat sub die xx presentis mensis decembris manu mei notarii infrascripti et missio predicto inter eos potenti predicto ad bussolas et scrutinium et potestatis eiusdem ut supra gestum et missio predicto inter eos ... et forma quibus valuerunt et officia alias omnes et potestatis obtempto omnibus modo via iure et forma quibus valuerunt et officiales alias et omnes quibus potuerunt providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta. Et quodlibet eorum provallidum statuti ordinamentis dicte civitatis Perusii firmam et executionem mandari per omnes et ab omnibus cum effectu voluerunt et mandaverunt videlicet.

Luminaria pro Spina

In primis quod semper et in perpetuum singulis annis videlicet quolibet anno die dominica proxima precedenti festum nativitatis domini nostri Ihesu Christi de mane fiat et fieri debeat in civitate Perusii et omnes clerici seculares ac etiam disciplinati omnium fraternitatum de civitate die supradicto ad notata de mane hora congrua accedant et accedere teneantur et deinde debeant processionaliter cum eorum reliquiis et paramentis quam honorabilius fieri potest ad ecclesiam sancti Francisci de Perusio. Et similiter illuc accedere teneantur domini priores eadem mane qui pro tempore fuerint associati rectoribus et officialibus forensibus civitatis Perusii. Et etiam tam ... de dicte civitatis qui et fuerint pro tempore et similiter camerarii et thesaurarius communis Perusii. Et et cum tam ad dictae civitatis qui et fuerint pro tempore et similiter ... conservatoribus monete ac massariis dicti communis. Et omnes dicto mane venire debeant processionaliter ad dictam ecclesiam sancti Francisci ad plateam magnam dicti communis. Et ad ecclesiam ... processionaliter ad dictam ecclesiam sancti Francisci ad plateam magnam dicti communis et ad dictam ecclesiam ... reliquiarum Spine predicte ita quod ab omnibus cerni et videri possit circuendo plateam a capite usque ad finem ipsius platee. Et deinde omnes supradicti associent et associare debeant dictas sanctissimas spinas usque ad dictam ecclesiam beati Francisci sicut decet illuc eas demittendo. Et ut predicta omnium deveniat in notitiam quod dicti priores ac qui pro tempore fuerint banniri faciant in locis consuetis per plateam dicti communis die sabati proximo precedenti dictam dominicam ... diem in quo quolibet anno dicta processio fieri debebit die sequenti mane predicta. Et propterea omnes supradicti ad eam debeant accedere prout supradictum declaratus est. Item adhoc ut devotius sanctissime spine reliquiarum magis honoretur et ut ... Perusii crescat honor et gloria providerunt et reformaverunt quod eodem mane in dicta processione annuatim omnes et singuli supradicti infra particularius declarati habeant et habere debeant a massariis communis Perusii presentibus et qui pro tempore fuerint expensis dicte camere ... massariorum ipsi faculas ... Et ipsi religiosi et disciplinati ad dictam processionem venientes et ... ponderum cere. Et ipsi religiosi et disciplinati ad dictam processionem venientes ... nomine aliorum ipsas candelas in quantitatibus ipsis. Mandantes ex nunc presentes massariis dicti communis et aliis pro tempore futuris ... presentis ordinamenti dent et tradant omnibus et singulis ipsis faculas et candelas ipsas. Et ipsorum ponderum annuatim tali mane et predicta cera expendatur et expedire possint teneantur et debeant quantitatem oportunam sine solutione gabelle de quibuscumque pecuniis dicte camere etiam si opus fuerit de introitibus successorum ponendo et poni faciendo ad eorum exitum per eorum notarium et cancellos libere licite et impune prout melius fuerit oportunum.

Officiales autem et alii debentes habere faculas et candelas in dicta processione et quantitate quantitatis et cum ... sunt infrascripti videlicet.

Dominus regnus vice rex. Domini priores et cum eorum notario et cancellarius. Dominus potestas.
Capitaneus populi et maior sindicus habeat et habere debeant pro se ac suis massariis unam
faculam ponderis quatuor librarum cere pro quolibet eorum.
Camerarii ac ... accedentes et non alii unam faculam cere ponderis trium librarum
pro quolibet. Et similiter thesaurarius et conservatores monete ac massarii dicti communis

Fratres minores sancti Francisci duodecim torchios ponderis quatuor librarum cere pro quolibet portandis accensos et castis dictorum fratrum circum circha planetam dominum sanctissimum Spine Reliquiarum Nicolaus Johannis Andreuccioli civis pisanus qui detulit dictam Spinam addimittat prout unam fi- cilam ponderis trium librarum cere nec qua accensa ire debeat ad dictam processionem aliter non

Omnes et singuli clerici et religiosi ad dictam processionem venientes cum eorum crucibus Et non alii ullo modo habere debeant a dictis massariis duas pro quolibet candelas et cere eis constitutis et ordinatis per formam regulationem camere dictorum massariorum in vigilia Beati Gostantii et non ultra. Non in hoc intelligantur in capellanis capellarum qui capellani in dicta processione candelas habere non debeant

Omnes et singuli disciplinati fraternitatum ad dictam processionem venientes processionaliter habeat et habere debeat a dictis massariis unam candelam pro quolibet eorum Et non ultra Et candele predicte sint et esse debeant ad rationem otto candelarum pro qualibet libra

Et statuentes et expresse declarantes quod dicti Massarii non dent nec dare debeant facculas aut can- delas aliquas predictorum supradeclaratorum et specificatorum nisi tantum personaliter accedenti ut accedentibus Et non aliis ullo modo non obstantibus quibuscumque legibus statutis ordinamentis Reformationibus aut dictis omnibus Regulationibus in notarium premissorum ut aliorum eorum in genere ut specie seu aliter disponentibus ut loquentibus quoquo modo Etiam si talia forent de aut super quibus oporteret fieri mentionem spetialem Quibus omnibus et singulis quo ad predicta derogetur expresse aliquo non obstante Et cetera

Millesimo cccc xv et die vii Maii apparet in cancelleria communis in instrumento processionis supradicte

Item apparet in dicta cancelleria in volumine quod sic [illegible] quoddam decretum domini Petri Donato Episcopi paduani super dicta processione ascensionis seu Spine sub Mccccxxx indictione xv Aprilis In quo continetur quod cera processionis predicte detur clericis et religiosis secundum distributionem supradicte legis edite Mcccc viii indictione xxi declarans dictam super in presentibus sic [illegible] fit mentio

In dei nomine Amen. Inter alia que reperiuntur et scripta sunt in cancellaria comunis Perusii in quodam
libro cartarum pecudinarum sub assidibus alligato scripto et publicato manu ser Luce ser Nicole notarii
magnificorum dominorum dominorum Priorum Artium Civitatis Perusii infrascripta reperiuntur sub annis
domini Millesimo CCCLXXXij Indictione v.ta tempore domini Urbani pape sexti die xxv mensis optubris videlicet

Item visa quadam petitione producta coram dictis dominis Prioribus et Camerariis pro parte domini Nicole
Cecholi Puccioli de Perusio clerici cuius quidem petitionis tenor talis est. Cum omni debita reveren
tia et devotione humiliter supplicatur vobis magnificis et potentibus dominis dominis Prioribus et Camerariis arti
um Civitatis Perusii pro parte domini Nicole Cecholi Puccioli de Perusio clerici actenus capellani deputa
tati in cappellam sancti Honofrij sita olim in volta campi batalie versus portam sancti Petri que nunc est diru
ta et collapsa. Quod cum dicta cappella sit totaliter dirupta et inutilis effecta adeo quod divina offitia in
ea non possit celebrari et dicta capella fuit iam ordinata in subsidium animarum pauperum carceratorum
et illorum qui ad iustitiam ducebantur et pro eorum sepulturis et necessitatibus fuit quod statutum et ordinatum
per formam statutorum comunis Perusii quod offitiales bladi et camporionis bladi comunis Perusii anno quolibet deberent
dare et solvere dicto domino Nichole sex corbes grani et vigintiquinque libras denariorum. Cumque predicta fue
rint provisa intuitu pietatis et misericordie ne cadavera dictorum carceratorum pauperum occurrentium
et sepellirentur in plateis dicti campi et tempore eorum obitus reciperent et sic possent comunione et alia sa
cramenta ecclesie et possent offitiari cum luminibus et cerere et aliis oportunis sine alio sumptu. Quare
dignemini amore dei et omnipotentis consuetu et pacifico statu populum percussum ex omni auctoritate arbitrio et potestate
vobis quolibet a comuni Perusii concessis et atributis pro manutentione iuris et iurisdictionis Civitatis
Perusii et super bono et pacifico statu Civitatis predicte et ex omni auctoritate et arbitrio quod et que habetis prout ratione
rebellium ac etiam ex omni auctoritate quam et quam habetis ab adunantia generali de gratia adiunctata et arbitrio per
manum ser Luce ser Nicole notarii solempniter providere ordinare et statuere et reformare quod loco dicte
cappelle destructe deputetur sit et esse intelligatur et fiat quedam alia capella sancti Honofrij in volta
campi batalie subtus domos camporionis comunis Perusii versus portam solis et quod dictus dominus Ni
cola sit et esse debeat cappellanus dicte cappelle fiende prout fuit et erat dicte cappelle destructe et
interim donec fiat dicta cappella s. Honofrij in dicta volta campi batalie subtus dictas domos campi
onis versus portam solis dictus dominus Nichola teneatur et debeat divina celebrare in domibus dictorum
carcerum et facere dictis captivis in oratione et aliis operibus et quod dicti offitiales bladi anno quolibet de mense ianuarii
ex nunc in antea teneatur dare et solvere dicto domino Nichole pro suo salario et mercede sex corbes
grani. Item in festo assumptionis beatissime virginis Marie quod est de mense augusti teneatur et debeant dare
dicto domino Nicole cappelano pro luminaria fienda in dicta cappella tempore celebrationis corporis Christi
et tempore quo divina celebratur in ipsa cappella pro oratione et sepulturis dictorum captivorum unum tortitium
sex libras cere et sex libras candelarum cere pena dictis offitialibus bladi et dictis massariis predicta non observa
ntibus quinquagintarum librarum denariorum in qua possint tempore eorum syndicatus per eorum syndicum debeant condempnari
de quibus omnibus expresse debeant syndicari aliquo statuto ordinamento vel provixione non obstante in contrarium loquentibus.
Porro dicti domini priores et camerarii ex potestate [illegible] auctoritate arbitrio et balia considerantes dictam supplicationem
continere ea que de iure et pro conservatione fidei christiane fieri debeant providerunt ordinaverunt et reformaverunt
quod dicta supplicatio et omnia et singula contenta in ea fiant procedant et executioni mandentur in omnibus
et per omnia prout in ipsa supplicatione latius continetur et providendo ordinando et reformando expresse man
daverunt et mandant quod loco dicte cappelle destructe deputetur sit et esse intelligatur et fiat
quedam alia cappella s. Honofrij in volta campi batalie subtus domos camporionis comunis Perusii
versus porta solis et quod dictus dominus Nicola sit et esse debeat cappellanus dicte cappelle
fiende prout fuit et erat dicte capelle destructe ex nunc dictum dominum Nicholaum in cappella
num dicte cappelle fiende elegerunt deputaverunt et declaraverunt pure simpliciter

[Left margin: Anno comunis Perusii xxv ... Massarii comunis Perusii qui pro tempore fuerint anno [illegible]]

et etiam libere omni iure via et forma quibus melius de iure potuerunt ita quod contra dictam electionem
et constitutionem et etiam confirmationem nichil possit obici vel opponi per ipsos offitiales bladi comunis
Perusii nec etiam per ipsos massarios vel alias personas Et quod interim donec fiat dicta cappella de ho-
noribus in dicta volta campi battalie supra dictas domos campionis comunis Perusii iuxta portam Solis
dictus dopnus Nichola teneatur et debeat divina celebrare in dictis domibus carcerum pro diurnis (?)
dictis captivis ratione et aliis oportunis. et quod dicti offitiales bladi comunis Perusii qui pro tempore erunt vel alter
eorum anno quolibet de mense martii teneantur et debeant dare et solvere dicto dopno Nicole
plenarie cum effectu omni exceptione dubio ac cavillatione remota ex nunc in antea pro eius sa-
lario et mercede sex corbes grani et viginti quinque libras denariorum de grano et pecunia prove-
nientis sive veniendis ad eorum manus ocasione eorum offitii visa solummodo presenti electione de dicto
dopno Nichola facta sine alia apodixa precepto vel mandato Et etiam expresse mandaverunt et
mandant quod massarii comunis Perusii vel alter eorum qui pro tempore erunt dent et dare teneantur
et debeant dicto dopno Nichole annuatim in festo assumptionis beatissime virginis Marie
quod est de mense augusti pro luminarie fiendo in dicta cappella tempore celebrationis corporis Christi
tempore quo divina celebrantur in ipsa cappella pro ratione et sepulturis dictorum captivorum unum
torchitium sex librarum cere et sex libras candelarum cere sine alia apodissa precepto vel mandato
sub pena centum librarum denariorum pro quolibet dictorum offitialium et dictorum massariorum omnia et singula supra-
scripta non observantium quam penam tempore eorum sindicatus per eorum sindicum debeant condempnari
de quibus omnibus expresse debeant sindicari aliquo non obstante.

[illegible]

In nomine domini amen. Anno domini millesimo cccLxxxxvj°. indictione quarta tempore domini Bonifatii pape noni die
decimaseptima mensis martii. Inter alia que reperiuntur in cancellaria comunis Perusii in quodam
libro cartarum pecudinarum cum suis assidibus alligato scripto manu ser Francisci Adami Jacobi
de Perusio porte Eburnee notarii Magnificorum dominorum dominorum Priorum artium Civitatis Perusii
sub dictis millesimo mense et die. hec reperiuntur videlicet

Consilio dominorum Priorum et Camerariorum artium Civitatis Perusii de mandato Nobilis et potentis mi-
litis domini Masseri de Venesia (?) honorabilis potestatis Civitatis Perusii ad sonum campane et tubarum
vocemque preconis in audientia palatii ipsorum dominorum priorum more solito convocato congregato et
cohadunato In quo quidem consilio interfuerunt domini priores artium numero novem presentes
et misericordia absente Angelo Marini eorum collega. Et Camerarii artium numero xl in quo
quidem consilio prefati domini priores una cum dictis dominis Camerariis et dicti camerarii
una cum dictis dominis Prioribus unanimiter et concorditer volentes circa ipsa et quolibet
ipsorum salubriter ac utiliter prout expedit providere deliberatione prehabita die heri pre-
sente inter dictos dominos priores super omnibus supradictis secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis Perusii Et
hodie inter dictos dominos priores exhibitis consiliis et factis missis et solempniter obtentis
partitis super uno quoque ipsorum particulariter et distincte partitum delenando ad sedendum et partitum
ad bussolam et fabas albas et nigras prout inferius aparebit secundum formam statutorum
et ordinamentorum comunis Perusii et ex omnibus auctoritatibus potestatibus arbitriis et bayliis prefatis dominis prioribus
et Camerariis iunctim vel divisim datis concessis et atributis Maxime et spetialiter

super custodia et fortificatione Civitatis et comitatus Perusii et ut iustitia unicuique fiet et
fiat ut super abundantia conservanda in dicta Civitate et comitatu et super novis casibus oc-
currentibus non provisis per formam statutorum et ordinamentorum communis Perusii et super expendenda pecunia et avere
dicti communis et conductione gentium armigerarum et castellanorum quorumcumque et super colligationibus
et confederationibus faciendis cum quibuscumque communitatibus seu dominis per formam ordinamentorum dicti communis
et ut ex omnibus aliis arbitriis potestatibus auctoritatibus et baliis eisdem quolibet concessis et attrib-
utis per formam quorumcumque statutorum ordinamentorum et reformationum dicti communis omni quoque modo via iure et forma
quibus melius potuerunt providerunt statuerunt et ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula
infrascripta et quolibet ipsorum videlicet

Dopnus cum pro conductione facta etc.

Item cum pro parte miserabilium captivorum in carceribus communis Perusii inclusorum ac recomendatorum fuit
coram prefatis dominis prioribus et camerariis humiliter ac devote supplicatum quod cum deputatus et
electus fuerit et sit dopnus Nichola Cecholi clericus perusinus rector ecclesie sancti Martini de colle
landonum in capellanum cappelle sancti Honofrii site in domibus dictorum carcerum dicte Civitatis Perusii
ad offitiandum et divina officia in ipsa capella celebrandum ad honorem dei et sancti Honofrii prefati nec
non ad consolationem et devotionem ipsorum carceratorum et carcerandorum in ipsis carceribus Et idem
dopnus Nicola propter senectutem sit negligens ac remissus in offitiando dictam cappellam et di-
vina officia in ipsa celebrando ut tenetur ex forma sue electionis ob quam causam captivi et car-
cerati in ipsis carceribus consolationem et devotionem ipsorum amictant in dapnum non modicum
et iacturam eorum animarum quod non videtur honestum nec debitum Quatenus dignaremini intui-
tu gratie pietatis et misericordie eisdem captivis et carceratis presentibus et futuris de uno alio bono
honesto et religioso clerico salubriter providere ne consolatione et devotione ipsorum amicte possit
et si dominatio prefatorum dominorum priorum et camerariorum videretur fore iustum dignaremini eisdem mi-
sericorditer providere de fratribus servorum sancte Marie de Perusio. Et prefati itaque domini priores et camerarii
ut supra ad consilium collegialiter congregati concernentes supplicationem huiusmodi fore iustam
ac etiam opus misericordie pium esse putantes circa miserabiles captivos et carceratos et carcerandos
in futurum in carceribus communis Perusii manus porrigere adiutrices informatione quoque veridicam habentes
ab eodem dopno Nichola olim rectore ipsius cappelle sancti Honofrii qualiter ipse dopnus Nichola iam
diu dictam cappellam non offitiavit nec in ea divina celebravit offitia et pro in futurum similiter non
possit curam aliquam circa predicta habere considerata ipsius senectute et aliis pluribus impedimentis
que evidentissime ipsum reddunt excusatum deliberatione ut dictum est prehabita inter dictos dominos priores
die videlicet presenti secundum formam statutorum et ordinamentorum communis Perusii et hodie inter dictos dominos priores et camerarios
exibitis consiliis et obtempto partito ad bussolam et fabas albas et nigras secundum formam statutorum et ordinamentorum
communis Perusii nulla faba nigra in contrarium reperta ex omnibus auctoritatibus potestatibus arbitriis et baliis
dicti communis omnique via modo iure et forma quibus melius potuerunt. Providerunt statuerunt ordi-
naverunt et reformaverunt et providendo statuendo ordinando et reformando Elegerunt vo-
caverunt nominaverunt et deputaverunt in cappellanos et procappellanos ipsius cappelle
sancti Honofrii site in domibus carcerum et carceratorum dicte Civitatis Perusii in perpetuum duraturos fra-
tres capitulum et conventum servorum sancte Marie de Perusio porte Eburnee Qui curam guberna-
tionem et administrationem et ipsius cappelle habeant et habere intelligantur videlicet offitiandi

et divina officia in ea celebrando ad honorem omnipotentis dei et beati [illegible] et [illegible] et totius
curie paradisi et ad consolationem et devotionem carceratorum et carceratorum in ipsis carceribus
et omnia alia et singula faciant et dicant que facere et dicere tenebatur et debebat idem dominus
Nicholaa vigore sue electionis et cum illis provisionibus salariis comodis utilitatibus et mo
luminis onoribus et oneribus que et quas idem dominus Nicola recipere tenebatur et debe
bat a communi predicto virtute cuiuscumque provisionis ordinamenti decreti reformationis mandati seu
regulationis cuiuslibet camere dicti communis maioris cuiuscumque notarii appareret eisdem fratribus capitulo
et conventui solvendis dandis et tradendis de anno in annum perpetuo ad quos pertine
ret sub illis modis et temporibus et sub illis penis quibus eidem domino Nichole in preteritum
extitit satisfactum. Revocantes ex nunc amoventes et privantes ex arbitriis supradictis dictum
dominum Nicholaum et prevocato amoto et privato haberi volentes decernentes et declarantes
quod ex dicta cappellania ita quod in futurum nichil habere consequi vel recipere possit nec de
beat ex dicta cappella virtute alicuius provisionis mandati vel regulationis. Et insuper man
daverunt et mandant offitialibus abundantie seu camprionis blade communis predicti nec non con
servatoribus monete et massariis dicti communis presentibus et futuris quatenus vigore presentis ordinamenti et
electione dicta capitulo absque aliquo alio ordinamento lege precepto vel mandato possint teneantur et
debeant dictis fratribus capitulo et conventui sororum sancte Marie annuatim de anno in annum
in temporibus et terminis debitis et consuetis ac declaratis in electione et ordinamento dicti domini
Nichole maioris sive Luce sive Nicole notarii et maioris cuiuscumque alterius notarii Necnon in regu
lationibus camerarum dicti communis dare tradere et solvere et mensurare omnem quantitatem grani
pecunie et cere quod et quas solitus est percipere dictus dominus Nichola olim capellanus
predictus virtute quorumcumque statutorum vel provisionum reformationum et decretorum dicti communis maioris
cuiuscumque notarii et quorumcumque emanatum arbitrio seu virtute regulationis dictarum camerarum
vel alterius earum ita quod dicti fratres habeant et habere debeant omnia contenta tam in ordinamento
de quo supra maioris sive Luce predicti quam in regulationibus camere et sub illis penis in ipsis annotatis et
ut in ipsis continetur exigendis a quolibet predictorum negligente aut remisso in dando solve
ndo tradendo mensurando prefatis fratribus capitulo et conventui omne quid quid et totum
quod recipere et habere solitus est dictus dominus Nichola ut supra dictum est Non obstanti
bus predictis vel aliorum predictorum quibuscumque legibus statutis ordinamentis provisionibus reformationi
et decretis dicti communis et maxime regulationibus dictarum camerarum vel alterius earum loquentibus
seu disponentibus quod ultra exitus camerarum ordinatos nichil possit expendi et cetera nec
aliquo alio in contrarium premissorum vel alicuius eorum seu aliter in genere vel in spetie loquen
tibus seu disponentibus quocumque modo Quibus omnino ad predicta derogaverunt expresse etiam
si talia essent que clausulam derogatoriam requirerent spetialem que pro expresse
facta penitus habeatur aliquo non obstante.

Ordinamentum factum pro fratribus [illegible] in futuro [illegible]

In nomine domini amen. Inter alia que reperiuntur in cancellaria communis P… in volumine Regulationum Camere Massariorum communis P… publicatarum die ultima Martii sub anno [illegible] indictione [illegible] sub ipsa rubrica ipsa reperiuntur videlicet.

De quantitate solvenda pro helimosina ipsis fratribus et monasteriis

Item dicti Massarii possint teneantur et debeant dare et solvere de quacumque pecunia dicti communis que pervenit seu pervenerit ad eorum manus sine alio precepto vel mandato pro helimosina anno quolibet videlicet in kalendis Augusti cuiuslibet anni

ista fuit scripta supra in capitulo lxvi

Fratribus sancti Francisci.	pro quolibet conventu dictorum
Fratribus sancti Dominici.	quatuor conventuum libras
Fratribus sancte Marie nove.	quinquaginta denariorum
Fratribus sancti Augustini.	videlicet in totum libras ducentas.

Item monasterio sancte Marie de monte lucido anno quolibet libras viginti quinque denariorum.

Item fratribus sancte Marie servorum libras viginti quinque denariorum.

Item monasterio sancte Marie Magdalene libras viginti quinque denariorum.

Bartolomeus subscripsi

In nomine domini amen. Hec est quedam gratia concessa per illustrem Magnificum dominum nostrum Braccium subscripta manu ser Johannis Gregorii cancellarii prefati magnifici domini nostri Bracci et sigillata sigillo magno prefati magnifici domini nostri. Cuius quidem gratie tenor talis est videlicet.

Braccius de Fortebracciis comes Montonis, dominus rector et gubernator Civitatis Perusii. Cum ut nobis fertur ad presens vacet offitium notarii super registris camerarii conservatorum et massariorum comunis Perusii et necessarium sit de electione eiusdem persone notarii ad dictum offitium providere ne lexionem aliquam dicti comunis patiantur. Considerantes de probitate et legalitate fratris Arnaldi Petri notarii de Perusio, ideo ipsum fratrem Arnaldum ad dictum offitium super registris dictorum camerariorum et utriusque eorum cum honeribus et emolumentis debitis statutis et consuetis per formam statutorum et regulationum dictorum camerariorum vel alterius eorum pro tempore ad nostrum beneplacitum duraturo Eligimus, ponimus et deputamus. Mandantes conservatoribus monete et massariis dicti comunis presentibus et futuris et thesaurario per nos deputando quatenus ipsum fratrem Arnaldum ad dictum offitium acceptent et super dicto offitio et ad ipsum pertinentibus alium non admictant nec in contrarium faciant. Sibique de salario deputato huiusmodi notario in dictis cameris vel altera earum solvant et satisfaciant visa presenti electione absque aliquo alio nostro vel alterius mandato. Cum potestate et arbitrio ut idem frater Arnaldus dum absens fuerit alium fidum notarium loco sui ponendi et deputandi ac subrogandi semel et pluries. Qui subrogatus in omnibus et per omnia vices et offitium predictum gerat et gerere possit quousque duxit revocandum aliquo non obstante. Datum Perusii in domo Episcopatus Perusii sub anno M°CCCC°XVI° Indictione nona die XXII mensis Julii nostri regiminis anno primo.

Jo(hannes) Gregorius cancellarius subscripsi

Ego Philippus quondam Mathei de Perusio publicus imperiali auctoritate notarius et Judex ordinarius et nunc notarius camere conservatorum comunis Perusii suprascriptam gratiam et presentem electionem cum subscriptione dicti Jo(hannis) Gregorii cancellarii de verbo ad verbum hic transcripsi copiavi et registravi de mandato domini thesaurarii et dictorum massariorum et ad petitionem prefati fratris Arnaldi et ad fidem me subscripsi et publicavi sub anno domini M°CCCC°XVI° nona Indictione Ecclesie Romane pastore vacante et die ultima mensis decembris.

Item hoc est exemplum cuiusdam decreti sub manu factum per dominum locumtenentem domini nostri Bracci thesaurario et massariis camere comunis Perusii in favorem prefati fratris Arnaldi pro consequendo salario dicti sui offitii subscripti manu ser Nicolai cancellarii prefati domini locumtenentis et sigillati sigillo prefati domini locumtenentis et subscripti manu ipsius Bartolomei de Sanguinacciis thesaurarii et sigillati eius sigillo cuius quidem tenor talis est videlicet

Petrus Antilianus comes
Perusii locumtenens et cetera

Mandamus vobis thesaurario massariis presentibus et futuris comunis Perusii pro magistro et consiliario domino nostro Braccio de Fortebracciis quatenus visis presentibus mandato dicto solvatis fratri Arnaldo Petri notario super registris camere conservatorum monete Civitatis Perusii salarium sibi debitum pro dicto suo offitio secundum formam regulationum dicte camere massariorum et prout consuetum [illegible] in contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Perusii in palatio nostre solite residentie sub impressione nostri maioris consueti sigilli sub anno M°CCCC°XVI° die ultimo decembris.

.p.   Nicolaus cancellarius subscripsi

Bartolomeus de Sanguinacciis thesaurarius subscripsi.

Ego Philippus quondam Mathei de Perusio notarius suprascriptus predictum decretum sub manu [illegible] cum subscriptione dicti Nicolai cancellarii et cum subscriptione dicti thesaurarii de verbo ad verbum hic transcripsi et copiavi et registravi de mandato dicti thesaurarii et massariorum et ad petitionem prefati fratris Arnaldi et ad fidem me subscripsi sub anno domini M°CCCC°XVI° nona Indictione Ecclesie Romane pastore vacante et die ultima mensis decembris.

Electio fratris Arnaldi Petri super registris

Decretum in favorem fratris Arnaldi

In nomine domini amen. Hec est copia cuiusdam gratie concesse per infrascriptum dominum locumtenentem subscripte manu fratris Bartholomei de Bononia cancellarii dicti infrascripti locumtenentis et sigillate impressione minoris sigilli dicti domini locumtenentis. Cuius quidem gratie talis est tenor videlicet

Petrus Guilhami Comes Nec non per magnifico et potenti domino Bruno de Sertebrangis etc. pusij locumtenentem

Gratia Truine

Cum intentio prefati domini nostri nostraque sit, quod palatium magnificorum dominorum priorum artium Civitatis pusij in omnibus et per omnia singulariter honoretur Cumque sciamus eidem palatio ultra familiam ibidem residentem opus esse unius scalchi qui optime presidat tecluuio predictorum dominorum priorum, et a suo multis fide dignissimis audiverimus Naldum benedicti alias Truine suo multa serviture fidelitate obsequiosum, et ad dictum et prefato domino nostro multa serviture fidelitate, ad dictum palatie ministerium satis ydoneum atque promptum, Tenore presentis nostri decreti volumus et mandamus, et eligimus et deputamus ad dictum ministerium Truine predictum cum infrascripta provisione videlicet Quod capitaneo porte palatii priorum dominorum priorum presentium atque futurorum vita et prosperitate dicti Truine durante vigore presentis decreti subtrahatur una paghia cuius salarium et provisio solvatur dicto Truine per gubernatores monete communis pusij. Et quod dictus Truine habeat quolibet anno a massariis dicti communis unam Ranbam seu vestem eiusdem coloris et pretii sicut dicti domicelli priorum dominorum priorum, In quorum palatio habeat sumptus et residentiam diurnam atque Nocturnam. In quorum omnium testimonium presens nostrum decretum fieri fecimus nostri sigilli soliti impressione muniri. datum pusij die xviij Januarii M. cccc xvj

Bartholomeus de Bon. subscripsi etc.

P.



Ego Monaldus quondam petri Monaldi de pusio per [illegible] publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius super registris camere Massariorum et gubernatorum communis pusij predictam gratiam seu electionem cum subscriptione dicti Bartholomei Cancellarii de verbo ad verbum hic transcripsi et copiam dedi mandato dictorum massariorum et ad petitionem dicti Truine, ad fidem me subscripsi et publicavi sub anno domini M. iiij xvj die iij Junij Ecclesia Romana pastore vacante

In favorem cancellarii.

Copia.

Bindaccius de Firidolfis de Ricasolis de Florentia Perusii locumtenens etc. Visa et diligenter prospecta electione presentis cancellarii civitatis Perusii facta de mandato illustris et excelsi domini nostri Braccii qua prelibatus dominus expresse precipit predicto cancellario dari et assignari candelas ceratas secundum formam reformationum antiquarum per massarios camere dicte civitatis. Tenore presentium volumus et mandamus presentibus massariis dicte camere ac etiam futuris quatenus predicto cancellario dent et assignent candelas predictas secundum tenorem sue electionis antedicte aliqua in contrarium loquente non obstante. In quorum testimonium presens decretum fieri fecimus per nostrum cancellarium subscribi et nostri soliti sigilli munimine roborari. Datum Perusii die xii novembris anno [illegible] Indictione x.

Lucas de Pistorio ss.

In omnipotentis dei nomine Amen. Hec est copia cuiusdam concessionis seu decreti facte per Magnificos dominos dominos Priores Artium et Decem super Arbitrio Civitatis perusii fratribus Sancte Marie Servorum de perusio de L. libris denariorum singulo Anno de mense Augusti eis erogandis equaliter cum aliis pro elimosina et divino officio quod celebratur in capella Priorum perusii subscripte manu ipsorum notariorum et sigillate sigillis prefatorum M. dominorum Priorum et decem super arbitrio videlicet.

Priores Artium et Decem super Arbitrio Civitatis perusii.

De elemosina fratrum Sancte Marie Servorum de libris L denariorum

Cum ex forma Reformationum Camere Massariorum Civitatis perusii caveatur quod fratribus capitulo et conventui Sancte Marie Servorum de perusio omni anno a Massariis dicte camere dentur et erogentur pro elimosina cappellanantia et divino officio quod per eos continue et equaliter una cum fratribus sancti Agustini, Sancte Marie nove, Sancti Dominici, et Sancti Francisci de perusio celebratur in capella palatii nostre mansionis XXV libre denariorum, ubi dictis fratribus cuilibet dictorum locorum Sancti Agustini, Sancte Marie nove, Sancti Francisci et Sancti Dominici omni anno occasione predicta dantur L. libre denariorum, quod credimus fuisse errore scribentis ordinamenta. Attento quod ipsi fratres Sancte Marie Servorum cum sollicitudine fide et amore equaliter cum prenominatis locis in officiando ipsam cappellam diligentiam adhibent, unde de salubri remedio providendum est, ut cum circha predictam officii divini celebrationem eundem cum prenominatis locis voluntarium et gratiosum sustinent laborem, eamdem habeant et percipiant a dicta camera massariorum elimosinam videlicet Quinquaginta libras denariorum quolibet anno. Et sic per hoc nostrum decretum decernimus declaramus et volumus quod a prefata camera massariorum omni anno predicta elimosina dicti fratres Sancte Marie Servorum habeant et recipiant dictas quinquaginta libras denariorum vigore dumtaxat presentis reformationis et lege absque alio precepto vel mandato sub pena C. librarum denariorum. Mandantes insuper expresse Massariis dicte camere perusine tam presentibus quam futuris et eorum notariis et fancellis quatenus annuatim dent et solvere et dare teneantur et debeant dictis fratribus Sancte Marie Servorum L. libras denariorum pro dicta cappellaniatia seu divino officio quod per eos devote equaliter cum ceteris aliis locis in dicta cappella celebratur et celebratum extitit et celebrabitur in futurum ac pia elimosina. Quibuscumque in contrarium facientibus seu disponentibus non obstantibus. Datum perusii in palatio nostre residentie. Millesimo CCCC^o XXIIII^to. Die XXIIII^ta mensis Julii secunda Indictione sub nostrorum sigillorum munimine.

Nicolaus Sanctis notarius mandato dictorum dominorum priorum et dictorum decem. ss.
Johannes Lelli de perusio notarius de mandato dictorum dominorum me subscripsi et sigillavi sigillo consueto dictorum dominorum decem.

In nomine domini amen. Hec est copia cuiusdam mandati sive ordinamenti facti per infrascriptum dominum Cardinalem et legatum sigillatum impressione minoris sigilli dicti domini legati et subscripti modo infrascripto videlicet

A. Cardinalis Bononiensis | Perusii et cetera legatus

ord. pro copia mictenda cam. per offic. dapnor. dator. et extraord.

Quia incamerationes et copias inquisitionum tam damporum datorum quam etiam cunctorum extraordinariorum ad cameram perusinam mictendarum prout fit in quampluribus Civitatibus et terris nobis videlicet pro camera et introitu ipsius camere non solum utile quam summe necessarium fore credentes presenti nostro decreto duximus ordinandum, et sic similiter mandamus quod omnes officiales huius Civitatis perusii qui in futurum ad officia damporum datorum et extraordinariorum deputabuntur teneantur et debeant vinculo iuramenti et ad penam xxv ducatorum auri cuilibet contrafacienti de facto auferendorum et Camere perusine aplicandorum pro qualibet vice qua contrafecerit incamerationes et copias omnium inventionum tam dictorum damporum datorum quam extraordinariorum ad cameram mictere in scriptis prout mictuntur ad dictam cameram copie inquisitionum aliorum malleficiorum. scilicet in dicta die qua dicte inventiones seu accusationes dictorum damporum datorum et extraordinariorum in publico facte fuerint et de dicta camera retrahi seu exhiberi non possint et in eis eadem solempnitas debeat observari que servatur in supradictis inventionibus seu inquisitionibus aliorum maleficiorum. Datum perusii die viij mensis Iunij millesimo ccccº xxv

A. Cardinalis Bononiensis | Perusii et cetera legatus

A. de Luca.

In nomine domini amen. Veniens et existens venerabilis vir frater laurentius
valentini de perusio prior ecclesie sancte marie nove de perusio porte solis. Coram egregio
decretorum doctore domino Johanne de Castrellis de urbe honorabili tesaurario apostolico et coram
providis viris Johannello pauli porte solis et Thomasso Gensi porte sancti angeli civibus
perusinis honorabilibus massariis communis perusii Exhibuit et presentavit quoddam decretum seu or
dinamentum factum per ipsum dominum legatum conscriptum in quodam pergameno cum bulla cerea
pendenti ad cordulam sericis rubey. Quod decretum et bullam dictus prior cum reverentia
petiit admicti et recipi et ipsius ad perpetuam rei memoriam poni scribi et registrari
in regulationibus dicte camere massariorum. Qui domini thesaurarius et massarii predicti
dictum decretum seu bullam admiserunt et receperunt omni qua decuit reverentia Et man
daverunt mihi notario infrascripto quatenus dictum decretum seu bullam de verbo ad verbum describere
et registrare in regulationibus dicte camere. Cuius quidem decreti seu bulle tenor
talis est videlicet.

Decretum de luminaria et processione faciendo apud ecclesiam sancte marie nove in festo visitationis gloriose virginis marie quod celebratur in secundo die Julii loco processionis et luminis quod consuetum fieri extitit in festo sancte marie de mense septembris. Et quod massarii tenentur erogare pro dicto lumine illam met quantitatem cere quam erogare tenebantur pro dicta luce de mense septembris sub certa pena.

ANtonius miseratione divina Episcopus portuensis sancte Romane Ecclesie Cardinalis
Bononiensis vulgariter nuncupatus. perusii Tuderti et ducatus spoletani a
postolice sedis legatus et vicarius generalis / habentes notitiam de quodam ordina
mento seu regulatione in camera massariorum civitatis perusine / existente sub
rubrica de facolis dandis dominis prioribus et aliis officialibus in festo sancte marie
de mense septembris capitulo quinquagesimo sexto / et etiam de quodam alio ordinamento
seu regulatione in dicta camera existente posito sub rubrica de calice dando in
festo sancti ambroxii fratribus sancte marie nove / et de cassatione luminarie et obla
tionum dicte festivitatis / et etiam de cassatione luminarie in festo sancti luce capitulo
sexagesimo / et de omnibus et singulis contentis et expressis positis et specificatis
in dictis ordinamentis / et quolibet eorum / que omnia hic haberi volumus ex certa scientia
et nostro proprio motu pro sufficienter expressis et declaratis. Considerantes
quod dicta ordinamenta et omnia in eis contenta fuerunt facta et edita tempore
quo Ecclesia dei et pastores seu rectores ipsius in Civitate perusina tunc exi
stentes fuerunt expulsi de dicta Civitate perusina. Ita quod in vilipendium potius
quam ad exaltationem ipsius Ecclesie redundare videntur. Volentes igitur predicta
ordinamenta seu regulationes predictas corrigere et ea agere que cedant
ad devotionem populi perusini et ad augumentationem sancte matris Ecclesie et
ut devotio gloriosissime virginis marie augeatur pro animarum salute
ac pacis et quietis amenitate ac unione perpetuo ad honorem magnificentiam
et exaltationem prefate sancte matris Ecclesie conservandis. De certa auctoritate
qua fungimur apostolica determinamus statuimus / ac presenti nostro decreto sancimus
quod luminaria et processio fiant et fieri debeant in perpetuum et anno
quolibet / die secundo mensis Julii in festo visitationis gloriosissime virginis
marie prout fit in festo sancti costantii / et non de dicto mense septembris. Et

quod massarii camere perusine in dicto festo celebrando dicto die secundo
Julii possint teneantur et debeant dare facculas prioribus et
aliis officialibus / et clericis et religiosis / candelas sive facculas
in illa quantitate et summa et in illo pondere et mensura / et illis personis
modo et forma pro ut et quemadmodum tenetur per formam ordinamentorum
dicti comunis in festo et solemnitate beati Costantii. Decernentes quod fiat pro
cessio modo et forma solitis dicto die secundo Julii. Et quod omnia in di
stributione et erogatione cere servetur que servantur et fiunt
in dicto festo sancti Costantii et pro ut servari solitum extitit in dicto
festo beate Marie de mense septembris / Et in ecclesia sancte Marie nove
predicte perusine porte solis observari consuetum esse dicitur aliis
quibus non obstantibus etiam si essent talia de quibus oporteret hic
fieri mentione specialem. Declarantes et mandantes quod quibuscumque non
obstantibus. Priores artium Civitatis predicte et alii officiales
ipsius civitatis ad dicta luminaria attendentes teneantur et debeant
facculas quas habebant et portabant ad dictam ecclesiam in altari
dicte ecclesie intuitu et reverentie prefate virginis Marie offerre
et ibidem relinquere. Item teneantur et debeant in dicto festo ce
lebrando ut supra massarii predicti fratribus seu monachis dicte
ecclesie ordinis sancti benedicti dare et erogare otto dupleria cum
scultis ad arma domini nostri pape sancte Romane ecclesie domini legati
pro tempore et comunis perusii ponderis in totum quinquaginta librarum cere
ibidem relinquenda, Item decem florenos auri pro uno calice de argenti
deaurati emendo per massarios dicti comunis in quo sint sculta arma
predicta pro ut etiam ordinatum et solitum fuit observari secundum regula
tiones dicte camere in erogatione dictorum otto dupleriorum et decem florenorum
et sub pena contenta in regulationibus predictis. Volumus insuper
et harum serie stricte precipiendo mandamus quatenus predictum festum
visitationis prefate ab omnibus utriusque sexus tam in civitate quam in dio
cesi et Comitatu perusii devote et sollemniter celebretur uti celebra
tur et celebrari debet festum nativitatis eiusdem virginis gloriose.
Ceterum attendentes et considerantes quod prefata virgo venustissima
omnium virtutum floribus insignita virgo dei genitrix gloriosa
cuius pulcritudinem sol et luna mirantur cuius precibus iuvatur po
pulus christianus florem pretiosissimum inmarcescibilem et eternum
dominum nostrum yhesum christum ineffabili sancti spiritus cooperatione produxit
ob cuius reverentiam loca eiusdem virginis vocabulo insignita sunt
a christi fidelibus merito veneranda ut eius piis adiuti suffragiis
eterne retributionis premia consequi mereantur. Cupientesque
ut prefata ecclesia sancte Marie nove perusine porte solis perpetuis

futuris temporibus congruis honoribus frequentetur, et ut ipsi Christifideles eo libentius ad eam confluant quo ibidem maiori dono celestis gratie conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictam Ecclesiam sancte Marie nove in dicto festo Visitationis ob reverentiam prefate gloriose Virginis devote visitaverint, et ad sublevationem et fabricam ipsius Ecclesie manus porrexerint adiutrices Quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis auctoritate qua fungimur misericorditer relaxamus. In quorum omnium fidem et testimonium presentes litteras fieri fecimus et registrari nostrique pontificalis sigilli iussimus appensione muniri. Datum Perusii in palatio nostre solite residentie anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimoquinto Indictione tertia die secunda mensis Ottobris Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti anno octavo.

Jo. de Vernatys secretarius

Jo. de Cayrate.

Ego Johannes quondam Lelli Lodovici de Puteolo porte sancti Angeli publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius dominorum Massariorum predictam bullam seu decretum prout in dicto pergameno inveni ita hic transcripsi et fideliter copiavi de mandato prefati domini Thesaurarii et dominorum Massariorum et ad fidem me subscripsi et publicavi sub anno Millesimo CCCCXXV°. Indictione tertia et die prima mensis Novembris. ad petitionem supradicti fratris Laurentii prioris predicti presentis et petentis.

In nomine domini amen. Millesimo iiii^c xxvii indictione v tempore sanctissimi in Christo patris et
domini domini Martini divina providentia pape quinti die viii augusti. Infrascripti
paolus Johannis et paolus petri presentaverunt michi Monaldo infrascripto istum de verbo
quod decretum omni qua debuit reverentia. Ego Monaldus assumpsi et recepi
quo viso et lecto illud registravi et scripsi de verbo ad verbum prout in apparet quod decretum
sigillatum erat impressione maioris sigilli Reverendissimi in Christo patris et domini domini . p . episcopi
veneciarum gubernatoris Civitatis perusii et etc. P. episcopus venetiarum
perusii et etc. gubernator
Cum exstat nobis quod paolus Johannis dicto boccione et paolus petri dicto magno
porte sancti angeli promiserint et convenerint Benedicto Marini bartholomei camerario porte
officii super Massariis et camerariis civitatis perusii pro tunc existenti et recipienti pro se et Marinello
taddei de porta sole eius collega et eius successoribus et camere apostolice perusine et omnibus
quorum interest seu quolibet interesse possit facere observare adimplere et effectualiter exequi
tioni mandare in omnibus et per omnia, et in qualibet parte eorum omnia et singula
capitula descripta inserta et denotata in quadam cedula facta per dictas partes circha
ductiones, reparationes, manutentiones et conservationes aquaeductus fontis platee
Civitatis perusii, Inter que quidem capitula denotata et descripta in dicta cedula, est
quoddam capitulum huius tenoris et continentie videlicet
Item che glufficiali che mo sonno, o, che seronno, o che fossero per lo comune deposita
item che glufficiali ... fiorini et soldi sexanta, e, i dicti vintecinque fiorini de quello ...
per li dicte novantaquatro fiorini et soldi sexanta, e, i dicti vintecinque fiorini de quello anno
consignare anticipatamente ai dicti maestri che anno tolti i dicti lavorie, Lagabella
dele Mine per quello tempo che ella celebrasse, per fino che a messo le sospecte
quantita, incomenzando el pagamento el principio de l'anno che incomenza la dicta
gabella, e cosi seguendo de la dicta somma, i dicte xxv fiorini se intendano pro in che
per questo anno comprendoli per li dicte vinte anni, prout describitur hec vel aliter
plus vel minus prout plenius et latius continetur manu ser Nicolay, ser Bartholomei
ser Johannis de porta sancti petri. Et quia ex serie et forma dicti Capituli ut
evidenter apparet quod in potestate et arbitrio dictorum officialium super Massariis
existit consignare dictis paulo Johannis et paulo petri magistris predictis conductoribus
dictorum Nonagintaquatuor florenorum et solidorum Lx denariorum pro eorum salario super pretio
dicte gabelle Eminarum Civitatis perusii. Et quia temporibus retroactis dicti magistri in
recipiendo dictum eorum salarium pro dicto decennio propter difficultatem et dilationem
solutionis dicti eorum salarii receperunt a dictis officialibus super Massariis maximum dampnum et incommodum. Et maxime Comunitas perusina, quia aqueductus et
alia necessaria non potuerunt que ad gubernationem et manutentionem dicti fontis fieri
neque reparari prout necessarium et opportunum erat de tempore in tempus. Ideircho ad
reserandum omnia et singula predicta. Et ad hoc ut Comunitas perusina et
singuli debitum sortiantur effectum et comoditatem ex dicto fonte, Et ut dicti
semel Miserere mei deus pro quolibet Altari ut premittitur visitaverint, Con-
versi autem sive Commissi aut alii nescientes Miserere, si dicta Altaria visitan-
tes, ter paternoster, avemaria totidem pro quolibet Altari dixerint, eandem
etiam Indulgentiam consequantur. Quodque huiusmodi Congregationis Sacerdotes
in itinere constituti aut alias ad hoc causa subsistente ante diem et usque ad no-
nam inclusive celebrare valeant, tenore presentium duximus concedendum.
Preterea cum generale terre fuerit interdictum liceat prefate congregationis personis
in monasteriis eiusdem Congregationis exclusis Interdictis et voce submissa divina
officia celebrare. Quodque ut animarum eorum saluti providatur, prelati monachi et
persone dicte Congregationis quocunque nomine censeantur propter participationem etiam
in divinis cum excommunicatis a iure vel statutis ordinariorum, Nullam excom-
municationis aut peccati maculam incurrant nisi ipsi excommunicati essent
specialiter denuntiati, aut de excommunicatione ipsa universaliter Infamati eadem
auctoritate concedimus. Sepulturam quoque in monasteriis et locis prefate
Congregationis presentibus et futuris liberam esse volumus et eorum devotioni et
libere voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel inter-
dicti sint aut etiam publice usurarii nullus obsistat, Salvo tamen Iure illarum
Ecclesiarum a quibus corpora assumuntur. Addicientes etiam quod si quandoque contigerit
per aliquem aut plures actus contra huiusmodi decreta privilegia et ordinationes vestrorum
aliquod a quocunque cuiuscunque gradus et status existat ex negligentia vel Ignorantia
presentium et futurorum quibus hec conceduntur aut alia quavis causa propter quam
fuit aliter attemptatum vel propterea observatum ignoranter vel scienter nullum tamen
preiudicium decretis huiusmodi volumus generari, sed in suo permaneant vigore ac
robore. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis
pontificibus et aliis legatis seu nuntiis apostolicis Archiepiscopis seu Episcopis monasteriis
et locis prefatis concessas libertates exemptiones servitutum exactionum a Regibus
et principibus vel aliis christi fidelibus rationabiliter prefatis locis presentibus et futuris
indultas quatenus huiusmodi nostris non obviant institutis auctoritate Apostolica Confirma-
mus. Quodque omnibus et singulis privilegiis gratiis et indultis que cuilibet dicte
Congregationis monasterio seu loco ex presentibus et futuris concessa fuerunt hac-
tenus et Concedentur In futurum ipsius Congregationis Alia monasteria et loca
presentia et futura quibus huiusmodi privilegia concessa non fuerint in quantum
eis expediat invicem uti valeant et gaudere ac si nominatim singulis ipsis mo-
nasteriis prius forent huiusmodi privilegia concessa, auctoritate prefata Con-
cedimus et indulgemus. Preterea cum plerumque contingat per nimiam importuni-
tate petentium, ac Negotiorum suppressione veritatis, summos pontifices fatigatos
aut circumventos ea Concedere quibus alias nullatenus annuerent, auctoritate
presentium statuimus decernimus et ordinamus quod quecunque litere apostolice etiam
proprio motu confecte aut in futurum Conficiende que obvient aut contrafaciant
huic presenti privilegio aut cuilibet eius particule nisi appareat evidentissime
et apertissime quod summus pontifex qui pro tempore fuerit huic indulto vel alicui
eius parti velit derogare per literas apostolicas facientes specialem mentionem de
verbo ad verbum expressa specifica de huiusmodi privilegio ac ipsa Congregatione
diversis nominibus eandem nominando per hec presensa vocabula videlicet
Congregationem unitatis alias de observantia sancte Iustine nuncupatam
causasque legitimas allegaverint, cum hiis obviare intendat decretis, nullius
sint roboris vel momenti. Non obstantibus in Constantien et aliis Conciliis
ac a felicis Recordationis Innocentio. iiij. Martino. v. et aliis summis pontificibus

predecessoribus nostris editis constitutionibus et ordinationibus etiam si de illis
specialis et expressa ac de verbo ad verbum presentibus habenda esset mentio
ceterisque quo ad premissa spectat derogamus. Nec non monasteriorum
prioratuum et ordinum predictorum iuramento confirmatione apostolica
vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque
contrariis sirentibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre exemptionis liberationis susceptionis commissionis
mandati inhibitionis voluntatis constitutionis prohibitionis con-
cessionis additionis confirmationis statuti ordinationis et derogationis
infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare
presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli
apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Florentie anno incarnationis
dominice millesimo quadringentesimo quarto septimo kalendas Martii pontificatus
nostri anno quarto;

Infine vero carte litterarum apostolicarum sive bulle videlicet subtus plicam erat descriptum
hoc nomen videlicet Poggius. Super vero dictam plicam erant ista verba videlicet Dup. gratis
de mandato domini nostri pape. Jo. de Nursia.

Nec non dictus ser Contulus Vendiens et procurator predictus exhibuit obtulit et produxit assigna-
vit atque presentavit coram dictis massariis quasdam alias litteras apostolicas seu bullam cum sigillo plumbeo
pendenti more Romane curie cum cordula sericis rubei et gialli ligatas ad has literas seu
bullam. In quo sigillo ab uno latere erant sculpita duo capita cum punctis circhum circha
super que capita erant hee litere videlicet S PA S PE. ab alio autem latere ipsius sigilli erant
sculpite iste litere videlicet EUGENIUS. PP. IIII. super quibus literis erat sculpitum hoc signum
✠. cum punctis circhum circha dictum sigillum cuius quidem bulle seu litterarum apostolicarum tenor talis
est videlicet


EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad ecclesiarum et monasteriorum omnium statum salubriter et prospere dirigendum paterna
solicitudine vigilantes, eorum profectibus libenter intendimus, et ut illa ex eis que
deformationis opprobrio subiacere noscuntur, debite reformationis beneficio gra-
tulentur, favorem quantum cum deo possumus benivolum adhibemus. Dudum
siquidem ad audientiam nostram fidedignorum relatu deducto quod monasterium sancti
petri perusini ordinis sancti Benedicti Nobis et Romane Ecclesie immediate subiectum
ex diversis causis et presertim incuria et negligentia seu potius malo regimine dilecti
filii Oddonis illius abbatis in suis structuris et edificiis collapsum, ac in possessionibus
et redditibus neglectum omnique regulari observantia destitutum erat quodque alias plura
sustulerat tunc et cotidie sustinebat in spiritualibus et temporalibus detrimenta. Nos
tunc propius monasterii directione ne illud in totalem collapsum deveniret. Venerabili
fratri nostro Bartolomeo Episcopo Argolicensi et dilecto filio magistro Alberto de Albertis
Notario nostro in Civitate nostra perusina pro nobis et Romana Ecclesia Gubernatori per nos
specialiter deputato per alias nostras in certa dedimus litteras in mandatis ut ad dictum
monasterium se personaliter conferrent, et que inibi corrigenda et emendanda cognosce-
rent corrigere et emendare curarent, ipsumque abbatem si id eius culpa et negligentia
requireret, ab huiusmodi monasterii regimine et administratione suspenderent prout
in dictis litteris plenius continetur. Cumque prefati Episcopus et notarius sicut nobis nuper
innotuit ad prefatum monasterium iuxta mandati nostri huiusmodi se contulerint, ac omnia et
singula ad nos deducta huiusmodi non solum vera sed alias prefatum abbatem in regi-
mine et administratione predictis plurimum defectuosum invenerint, et propterea
illud ab eis ad sedis apostolice beneplacitum suspenderint nobisque etiam retulerint
quod structurarum et edificiorum reparatione possessionumque ad cultivram ac monasterii
ad observantiam huiusmodi reductione per ipsum abbatem qui senio plurimum affectus
parva seu nulla decetero spes consistat. Nos igitur prout ex debito summi pon-
tificatus Nobis desuper iniuncti tenemur officii indempnitati monasterii huiusmodi
ne etiam in religionis opprobrium ulteriora detrimenta patiatur, opportune providere
volentes, ac sperantes quod illud per dilectos filios universitatem et monachos


Congregationis de obseruantia Sancte Iustine alias unitatis nuncupate prefati ordinis
qui a pluribus annis citra in eorum monasterijs ac locis sub obseruantia huiusmodi
degentes diuinaque officia continuantes, uarijs multiplicauit prout in dies multi-
plicant uirtutum meritis in structuris et edificijs inibi eorum posse reparabitur
ac ad debitam obseruantiam deducetur nec non in cultu et alias in spiritualibus et
temporalibus huiusmodi ad laudem et gloriam diuini nominis populique deuotionis
augumentum plurima suscipiet incrementa, motu proprio non ad ipsorum uniuersita-
tis aut alicuius eorum nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed pro huiusmodi mo-
nasterij status directione suspensionem predictam ac alia omnia et singula per episcopum
et Notarium predictos in premissis dictarum litterarum vigore gesta, auctoritate apostolica
approbantes et confirmantes, prefatum Abbatem a Regimine et administratione
huiusmodi Monasterij auctoritate prefata harum serie perpetuo suspendimus et ab
illis penitus amouemus sibique sub excommunicationis pena quam si secus egerit
eo ipso incurrat et cuius sententiam in ipsum exnunc ferimus a qua preterquam
a Romano pontifice nisi in mortis articulo constitutus absolui non possit districtius
inhibemus pariter et mandamus ne de cetero de Regimine et administratione
monasterij huiusmodi aut eorum aliqua parte per se uel alium quouis impedire
uel interesse audeat uel presumat Et Nichilominus monasterium predictum cuius
fructus redditus et prouentus Mille et quingentorum florenorum auri secundum
communem extimationem ualorem annuum ut accepimus non excedunt, cum omnibus
membris Iuribus et pertinentijs suis uniuersitati et Congregationi monachorum
huiusmodi per eos iuxta ipsorum ritus mores ordinationes Constitutiones con-
suetudines et statuta de cetero tenendum gerendum et et gubernandum auctoritate
et motu prefatis perpetuo subijcimus donamus concedimus et appropriamus
Ita tamen quod nulli alteri monasterio dicte Congregationis per hoc subiectum esse
intelligatur, quodque liceat exnunc uniuersitati et Congregationi predictis per
se uel alium seu alios corporalem monasterij Sancti petri ac membrorum Iurium
et pertinentiarum predictorum possessionem auctoritate propria libere apprehendere
huiusmodique eius fructus redditus et prouentus in eorum ac dicti Monasterij Sancti
petri usus et utilitatem alias iuxta statuta et Consuetudines supradicta
conuertere exponere et perpetuo Retinere, prefati Abbatis aut alicuius
alterius super hoc licentia minime Requisita, Statuentes etiam ac eisdem
motu et auctoritate decernentes monasterium ipsum Sancti petri interim
quod illud per cessum uel decessum aut ex persona dicti Abbatis uel alias
quouis modo minime uacare contigerit per Priorem Et deinde qua-
-primum illud ut prefertur per Abbatem qui per Capitulum generale Congrega-
-tionis huiusmodi seu Regimen cum ad hoc iuxta eorum Constitutiones et
statuta deputatis eligi et deputari libere et licite possit et debeat perpetuo
regatur et gubernetur, quodque iuxta ritus mores consuetudines et
statuta predicta prefata Capitulum seu Regimen cum deputatis predictis
Priorem seu abbatem electum huiusmodi quotiens eis uidebitur expedire
amouere possint et alium de nouo deputare, et quod Prior uel Abbas
sic Electus absque apostolica seu ordinaria Confirmatione seu muneris
benedictionis eidem Abbati facienda impensione monasterium ipsum Sancti
Petri Regat dirigat et Gubernet, Et insuper priori seu Abbati ac Con-
-gregationis huiusmodi monachis in prefato monasterio Sancti petri pro
tempore existentibus eorumque seruientibus et personis ut uti possint et gaudere
omnibus et singulis que alijs Abbatibus monachis et personis Congregationis
et Sancti petri monasteriorum huiusmodi ac eorum ipsisque monasterijs ac locis
per sedem Apostolicam uel alias generaliter concessa sunt priuilegijs exem-
-ptionibus indultis et gratijs auctoritate predicta concedimus et etiam
indulgemus, Preterea si et postquam prefatus Oddo Abbas donationi

concessioni et appropriationi ac aliis premissis consenserit, auctoritate predicta
etiam statuimus quod tot ex possessionibus ac immobilibus bonis prefati mona-
sterii quod illorum fructus redditus et proventus ad summam trecentorum flore-
norum similium secundum extimationem predictam annuatim ascendant eidem
Oddoni abbati per eum interim quod ipsum monasterium ex persona sua ut prefertur
seu cessum huiusmodi non vacaverit tenenda regenda et gubernanda a pri-
ore et conventu congregationis huiusmodi qui inibi fuerint integre et cum
effectu assignentur. Ita quod ad dictum monasterium Sancti Petri post vacationem
huiusmodi libere revertantur illorumque fructus predicti in illius reparationem
et fabricam iuxta abbatis et conventus inibi pro tempore existentis dispositio-
nem et ordinationem effectualiter convertantur. Volentes ac etiam decernentes
quod eidem Oddoni abbati pro suis et familie sue dumtaxat usu et habitatione
locus in eodem monasterio Sancti Petri quamdiu vixerit per priorem et
conventum predictos comodius assignetur, dummodo propterea per se vel
dictam familiam priorem et conventum predictos eorumque observantiam
ac statum nullatenus perturbet. Alioquin per eosdem priorem et conventum
eo ipso ab huiusmodi loco cum familia predicta amoveri possit et debeat. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis confirmationis
suspensionis amotionis inhibitionis mandati subiectionis donationis
concessionis appropriationis statuti constitutionis et voluntatis infringere
vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit
indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se
noverit incursurum. Datum Bononie anno incarnationis dominice
millesimo quadringentesimo tricesimosexto quartodecimo kalendas iunii pon-
tificatus nostri anno sexto.

In fine vero dicte bulle seu litterarum apostolicarum videlicet super plicam a latere dextro erant scripta videlicet
eadem scriptoris in ista verba videlicet: Gratis de mandato domini nostri pape. Jo. de Sterratis.
A latere autem sinistro videlicet subtus plicam erant descripta de alterius manu littera et super
eorum omnino dissimili in ista verba videlicet: Gratis de mandato domini nostri pape. P. de Nagio. Expedita
viii kalendas iunii anno sexto N. de Valle. ...
A tergo autem dicte litterarum seu
bulle videlicet in fine in angulo sinistro erat descriptum hoc nomen videlicet Gosomus.
In medio vero dicte bulle videlicet a tergo subtus cordulam pendentem erat descriptum hoc nomen videlicet
Cyprianus et super quod nomen erat in ista littera videlicet



Et petiit dictus ser Contulus sindicus et procurator predictus ipsas bullas seu litteras
apostolicas per ipsos magistros recipi et admicti et mandari michi notario infrascripto ut ipsas bullas
seu litteras apostolicas ponerem scriberem et registrarem in registrationibus dicte camere. Qui
quidem magistri viris prefatis visis dictis bullis seu litteris apostolicis et auditis predictis ipsis
magistri admiserunt et receperunt in quantum de iure tenentur. Et mandaverunt michi
Jacobo notario infrascripto ut ipsas registrarem ponerem et scriberem in registris dicte camere
ad petitionem dicti ser Contuli nomine quo supra. Et hoc ad petitionem dicti ser Contuli
sindici et procuratoris predicti et petentis.



Ego Jacobus Barnabey de ... publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius
et nunc notarius dictorum magistrorum predictis presentationi receptioni et admissioni interfui et
ipsas bullas seu litteras apostolicas prout in eis continetur de verbo ad verbum ita hic ...
ipsas bullas seu litteras apostolicas ... exemplavi de ipsis quod predicte recepte et
dictorum magistrorum transcripsi copiam et fideliter exemplavi ... et
admissis registravi ad fidem premissorum me subscripsi et publicavi :—

In noie dni Am. Anno dni Millo. cccc°. xli. Indictione iiiita. tpre dni Eugenii pp. quarti. 2 die primo ottobr.

Veniens 2 exens coraz prudentib3 2 Circumspectis viris francischo Matei depor hebrury 2 Marino Johis depor. s. Sbxamme. hon massariis cam appice prusine i dca cam sedentib3. Sr Nicolutius cresii depor hebrury. Et coraz eis exhibuit optulit atq presentavit istud decretum gratiam atq mandatum istius tenoris et continentie vz.

Guaspar Archieps neapoletanus. prusii et c. Gubernator.

Quia virtute decreti Rmi. dni. dni A. Cardinal bonomensis. prusii tunc legati. datum xxv. Jan. Millo. cccc°. xxv. per massarios cois prusii in qualibet luminaria. que fiebat in civitate prusii. erogabatur Sr Nicolutio Cresii ad servitia cam constituto una facula de cera ponderis trium librarum cere. et ad presens occurrerit quod Loco dicti nicoluti Sr Mariottus Sr Petri depusio sit deputatus et dicta facula que dabatur dicto nicolutio. datur dicto Sr Mariotto. Tandem dictus Sr Nicolutus numquam destitit Immo potius de mandato dni thesr. applici volutate semper vacavit et vacat ad dicta servitia. Quia propterea volumus et mandamus prefato Sr Nicolutio dari debere ac erogari per presentes massarios cois prusii ac per eorum successores. in qualibet luminaria. tam facta tempore eorum massariatus quam fienda. tempore dicti eorum massariatus quam etiam tempore futurorum massariatuum. unam faculam cere ponderis predicti. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque adhuc derogamus expresse. Datum prusii die. x. mensis Juny. Millo. cccc°. xli.

Et ita mandamus. G. archieps neapoletanus. gubernator etc.

Quod decretum vts. sed tenoris et continentie. erat sigillatum. paruo sigillo. sed dni. G. et manum subscriptum mei notarii istius.

Qui massarii. vt s. decreto spectabilis viri dni L. de tudecto. prusii pro sanctissimo dno nro. pp. etc. Thesro. dictum decretum et gratiam admiserunt. 2 mandaverunt michi paulo noto isto. i presentibus relationibus. una cum aliis s. dictis registrari. debere. Et hoc pro parte dicto Sr Nicolutio 2 omni modo etc. acceptate.

Ego Paulus Sr Nicoluti depor hebrury Imperiali aucte nots 2 Iudex ord. 2 nunc nots prefatorum massariorum predicta de mandato transcripsi 2 fideliter exemplavi. dictorum dni thesr. 2 Massariorum.

In fauore S Nicoluti Cresii

Decretum in favorem canonicorum sancti Laurentii de septem libris cere ultra sex libras eis ultra debita sibi forma regulationum

In nomine Domini Amen. Anno Domini Millesimo CCCC XLII Indictione
quinta tempore Sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina
providentia pape quarti et die XXIIII mensis Januarii.

Veniens et existens coram prudentibus et circumspectis viris
Petruciarello Jacobi de porta Sancti Angeli et Angelo Tomassi
de porta Heburnea hominibus massariis camere apostolice Perusii in dicta
camera existentibus dominus Jacobus Johannis de Perusio ut sindicus canonicus
et procuratore et sindicatus et procuratorio nomine canonicorum capituli et conventus
chatedralis ecclesie Perusii et coram eis exibuit obtulit et produxit
infrascriptum decretum infrascripti tenoris et continentie videlicet.

Gaspar Dei et apostolice sedis gratia Archiepiscopus Neapoli-
tanus Perusii Fulginei pro Sancta Romana Ecclesia Gene-
ralis gubernator et cetera Universis et singulis massariis camere
Perusii tam presentibus quam futuris in Domino salutem et sincere dilectionis
affectum. Ad ea paterna quatenus sollicitudine libenter
attendimus que animarum profectibus salubriter accedere posse
videntur. Et illa potissimum diligenti officio pensamus ne ea que
Deo eiusque sacrosancto cultui sunt semel dedicata per abusum
aparatus oblationibus alienentur. Cum itaque multis fide
dignisque relatibus auribus nostris multiplex narrareque afferatur
longa quadam vetustateque consuetudine ac et ex forma regula-
tionum sive statutorum camere vestre id fuisse hactenus in hac
Civitate Perusina summis laudibus celebratum ut massarii camere
Perusii singulis annis pro luminariis que ordinatis temporibus
celebrant dare soliti sint vel dare debeant fratribus humiliatorum
libras cere decem pro singulis luminariis. Et ad presens prefati ordinis
humiliatorum forma seu umbra nulla appareat. Et cera illa
decem librarum que ordini prefato debebatur commendatissima
consuetudine seu statuto volentes nunc per abusum in varias
multiplicesque personas nulla cum iusta devotione erogetur.
Nos non attendentes fore esse malis omnibus pessimum ut que
divino cultui piissime atque sanctissime condonata fuerat
plerique forent qui id sibi parum digne haud multa cum devotione
applicare conarentur. Harum igitur serie statuimus atque or-
dinando sancimus ut canonici cathedralis ecclesie Perusine
ultra libras sex cere quas ex forma regulationum reformationum
seu decretorum camere Perusii habere debent extra ceram que eidem
5 humiliatorum fratribus debebat libras septem percipiant illasque
canonicis applicentur erogetur et condonentur. Capellano vero
domini Episcopi libra una pro facula una. Reliquie vero libre due ultra
libras decem quas ex forma regulationum camere vestre habere
debent toti clero Perusino applicentur erogentur atque condonentur.
Mandantes expresse vobis massariis camere Perusii tam presentibus
quam futuris quatenus hoc nostrum decretum firmiter observetis

a vestrisque successoribus inviolabiliter observari faciatis. Ac eo ordine et modo quo nobis placitum est nobis ceram ipsam erogare et distribuere. Ita et quod per vos distribuatur et erogetur sub pena librarum ducentarum dicte camere apostolice penitus applicandarum si secus per vos quoquo modo contigerit attentari. Dictis regulationibus et aliis in contrarium facientibus non obstantibus. Actum et datum Perusii die xviii Maii 3 indictione anno MCCCCXXXX pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno decimo.

Joannes Nohgnana

Et petiit dictus dominus Jacobus dominus noster dictum decretum sigillatum sigillo prefati domini domini Gubernatoris admicti per dictos massarios et mandari michi notario infrascripto ut ipsum registrarem in regulationibus dicte camere. Qui massarii existentes ut supra viso dicto decreto et auditis predictis ipsum decretum admiserunt quatenus de iure tenentur et debent et non aliter. Et mandaverunt michi notario infrascripto ut ipsum ponerem scriberem et registrarem in regulationibus dicte camere. Et hec ad petitionem dicti domini Jacobi domini nostri presentis et petentis.



Et ego Angelus quondam Caroli ser Angeli de Perusio porte sancti Petri publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius supradictorum massariorum predictis productioni et receptioni factis de dicto decreto ut supra interfui et ipsum hic de mandato dictorum massariorum propria manu scripsi transcripsi et copiavi copiam et ea rogatus me subscripsi et publicavi.

In nomine domini amen. Venientes et existentes coram prudentibus et circumspectis viris Felice Zaccarie de Pisis priore hebdomadario et magistro Egidio magistro comunis Pisani pro tribunali sedentibus, frater Marinus Francisci de Pisis ut sindicus et procurator fratrum capituli et conventus ecclesie sancte Marie Servorum de Pisis prout habuit, et coram eis dictis nomine exhibuit obtulit et representavit infrascriptas leges ordinamenta et reformationes factas et editas per magnificos et dominos dominos priores et camerarios artium civitatis Pisarum subscriptas et publicatas manu mei Antonii infrascripti tenoris et continentie videlicet.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo ccccxliii° indictione quinta tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti et die Iovis xxiiii mensis maii.

Consilio magnificorum dominorum priorum et camerariorum artium civitatis Pisarum delicatia et nobilitate [illegible] ... [illegible] Dei et appostolice sedis gratia archiepiscopi Neapolitani Pisarum et ... gubernatoris ... magnifici militis et egregii legum doctoris domini ... de Pedemontium honorabilis potestatis civitatis Pisarum prefatorum dominorum priorum artium in audientia camere palatii residentie dictorum dominorum priorum sono tubarum et campane ... secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis Pisarum in sufficienti numero convocato et congregato in quo quidem consilio interfuerunt prefati domini priores omnes decem et camerarii numero quadraginta ... volentes super infrascriptis omnibus et singulis utile providere matura deliberatione prehabita misso ac posito partito ad bussulam et fabas albas et nigras secundum formam statutorum et solempniter obtento inter omnes dominos priores die precedenti et hodie inter dictos camerarios factis propositis ... consilio et posito misso ac solempniter obtento partito ad bussulam et fabas albas et nigras super infrascriptis omnibus et singulis particulariter et distincte secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis Pisarum ipsi domini priores et camerarii ... et singulis arbitriis auctoritatibus potestatibus et bayliis per formam quorumcumque statutorum ordinamentorum provisionum et reformationum comunis Pisarum ... et camerarii ... omnibus melioribus modo via iure et forma quibus melius fieri potest potuerunt et possunt providerunt deliberaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta ... fuerunt ordinaverunt ...

In primis omni cura et diligentia et cetera.

Item cum pro parte fratrum capituli et conventus ecclesie sancte Marie Servorum de Pisis fuerit quedam exhibita petitio continens in effectu quod cum in luminariis et processionibus que fiunt in festo sancti Petri martiris, in festo sancti Lodovici, in festo sancti Augustini et in festo sancti Angeli fuerit et sit ordinatum quod omnibus conventibus fratrum accedentium ad dicta luminaria et processiones dentur pro magistratus comunis Pisarum seu pro operatores tredecim libre cere pro conventibus quorumdam fratrum et ipsis fratribus sancte Marie Servorum octo libre cere ... candelis ... considerato quod in aliis processionibus ... considerato numero fratrum dicti conventus sancte Marie Servorum et considerato quod dicte octo libre cere non sufficiunt dictis fratribus et propterea pro parte ipsorum fratrum sancte Marie humiliter et devote supplicatur ut dignemini ordinare quod de cetero et prefatis fratribus sancte Marie Servorum dentur et dari debeant tot libre cere et in eodem numero equaliter prout dantur et dabuntur aliis conventibus equalibus aliorum fratrum mendicantium sancti Francisci sancti Dominici et Augustini ... misericordie. Rogando et supplicando gloriose virgini matri Marie et hoc de gratia speciali et ... pacis unitatis et concordie huius alme civitatis ut semper intercedat pro ... et manutentione ...

Attendentes itaque prefati domini priores et camerarii petitionem dictorum fratrum fore iustam et aliquam ... amore dei et sue genitricis erogare religiosis viris pro nobis melius distribui non posse ... sancte Marie habita ... in formatione supradicte supplicationis deliberatione prehabita ut supra die precedenti inter prefatos dominos priores secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis Pisarum et hodie inter dictos dominos priores et camerarios ... consilio ... misso et obtento partito ad bussulam et fabas albas et nigras secundum formam dictorum statutorum.

p(ro) vigintinone Camerarios restituetes eor(um) fabas albas (et) bussulas d(e)l(ibera)sc(ion)e duabus n(ecessar)iis (con)trarium
reptis no(n) obstantibus ex omnibus arbitriis auctoritatibus potestatibus et bayliis eisdem p(er) forma quorumcumque
statutor(um) ordinamentor(um) ac reformationum co(mmun)is p(er)us(ini) concessis et attributis (et) o(mn)i meliori modo v(ia)
iure (et) forma quibus melius potuerunt p(ro)vid(er)unt statuerunt deliberaverunt ordinaverunt et refor
maverunt q(uod) d(omi)ni Sup(er)ioribus co(mmun)is p(er)us(ini) et fr(atr)es capitulum (et) conve(n)t(us) s(an)c(t)e marie s(er)vor(um) (pro) luminarius (et) proces
sionibus q(ue) fiunt (et) celebrant(ur) quibuscumque t(em)p(or)ibus (in) civitate p(er)us(ii) habeant (et) h(ab)ere debeant candelas sive (in)torticia
titatis cere (in) facculis sive candelis quantum habent alii conventus fratrum suprascriptorum accedentium ad
luminaria (et) processiones (in) quibus no(n) equiperat(ur) aliis conventibus (et) eo mo(do) (et) forma sicut q(ui) (in) suprascripta
supplicatione (con)tinet(ur) (et) p(er) eos petitum est mandantes ex nunc conservatoribus monete Camerariis p(er)us(ii) et
massariis p(er)us(ii) depositario co(mmun)is (et) ad quos seu ad que spectat quatenus vigore presentis legis absque alio
bollectino dent (et) assignent dictis fratribus capitulo (et) conventui servor(um) s(an)c(t)e marie ac eis satisfacia(n)t
ciant (in) dictis luminariis de contentis (in) suprad(ict)a lege (et) s(ecundu)m eor(um) supplicationes ut comodius
fieri pot(est) no(n) obstantibus quibuscumque contrarium loquentibus

Et Ego Antonius olim Benedicti de p(er)us(io) porte s(an)c(t)i Angeli publicus Imperiali Auctoritate
notarius (et) iudex ordinarius et nunc notarius (pro)curatorum dominorum priorum predictis (in)terfui Et quia
aliis (in)peditus manu aliena (in) firmitatem (alteri) subscribenda commisi et ea rogatus subscripsi et pu
blicavi signoque meo consueto roboravi :-

Et petit dictus frater marinus dictis nominibus dictas leges p(er) dictos dominos massarios co(mmun)is p(er)us(ii)
admicti recipi (et) registrari (in) Camera dictor(um) massariorum co(mmun)is p(er)us(ii) (pro) tribunali sedentes (in) Camera dictor(um) massariorum
super dictas leges (et) ordinamenta registrari scriberi (et) poni
massariis (et) mandari in notario ipsorum ut dictas leges (et) ordinamenta p(ro) tribunali sedentibus (pro) tribunali visis (et) auditis predictis
(in) Regulationibus Camere massariorum Qui massarii ut s(upra) sedentes p(ro) tribunali (in) qua tali de iure tenetur (et) ali
visis dictis legibus (et) ordinamentis ipsas admiserunt (et) receperunt (in) quantum de iure (et) ordinamenta registrari scribi (et)
no(n) Et mandaverunt m(ihi) notario ipsorum quatenus dictas leges (et) ordinamenta registrari scribi (et) ponere (in) presentibus statutis (et) regulationibus Camere massariorum Et hoc ad petitionem dicti fratris marini dictis
nominibus presentibus (et) petentibus



Anno domini etc. veniens et existens coram prudentibus viris
Alexandro Jacobi et Johanne Francisci dominis honorabilibus Massariis
Camere massariorum Civitatis Perusii Antonius Certi de Perusio
famulus ... bullectarum Civitatis Perusii et exibuit et produxit
infrascriptam restrictam infrascripti tenoris et continentie etc.

R. D. V.

Ordinamentum super
decretum pro famula dandi
Antonio Certi ut
in notario bollettarum pro
ut aliis officialibus etc.

Ser Zacharie loco domini
... deputati

Vmiliter exponitur pro parte vestri fidelissimi servitoris Antonii Certi de Perusio
quod cum ipse exercuerit officium bullectarum per multa tempora et vigore
gratie sibi concesse per R. D. V. Archiepiscopum Neapolitanum olim
Gubernatorem Perusii etc. habuerit in qualibet luminaria facula unam
cum aliis officialibus Civitatis Perusii. Et vigore revocationis et cassatio-
nis facte per R. D. V. de ambubus singulis gratiis factis per quoslibet supe-
rios Gubernatores habentibus processus et cancellans ut in dicta vestra revoca-
tione continetur. Domini Massarii Civitatis Perusii denegaverunt ad exponentem
faculas dare. Et ipse exponens exercuerit et nunc exercet dictum officium
bullectarum. Dignum quod arbitratur quod dictum officium in numero aliorum officiorum
computetur. Et dictum officium exercentes commodum et honorem ut alii
officiales Civitatis Perusii sentiant. Quare supplicatur ut eadem R. D. V.
dignetur mandare dictis Massariis non obstante dicta revocatione ipsi
supplicanti faculas erogare in qualibet luminaria tempore dicti officii
facta et facienda Et similiter aliis Massariis futuris dictas faculas
erogare. Et hoc ex vestra certa scientia et de vestra solita et benigna gratia
speciali aliquo non obstante. Placet ut petitur. D. Cardinalis sancti
firmanus firmanus legatus

Datum Perusie die XIX Junii MCCCCXLV.

Andreas de ...

In noie dni am. hec est copia.

Andreas Iouannes de bahomb[us] dei et appostolice sedis gratia Episcopus perusin[us]. Et in
et super istis omnib[us] Santissimi in xpo patris et dni nri dni Eugenii diuina pro
uidentia pape quarti Comissarius seu delegatus. Omnib[us] et singulis adquos
presentes aduenerint. et adquos presens tangit Negotium seu tangere poterit
quolib[et] infuturum. Salutem in auctore salutis. Noueritis Venerabile Viru magistrum
Jeronimum de Ianua fratrem ordinis predicatorum sancti dominici, nec non priorem
fratrum domus sancti dominici de perusio, et religiosum viru fratrem Jeronimum Antonii
de perusio fratrem dicti ordinis, et in dicta domo sancti dominici deperusio Comorantes
Coram nobis comparuisse, et quasdam litteras appostolicas prefati S. d. n.
in cartis pecudinis descriptas cum bulla plumbea adcordulam canapis et
more romane curie adipsas inpendenti ligatas. Non abolitas, non rasas,
non cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, ut uiciatas. Sed prorsus
omni vicio et suspitione carentes presentasse. Et nos cum ea qua de
cuit reuerentia noueritis recepisse huiusmodi subtenore. Eugenius episcopus
Seruus seruorum dei. Venerabili fratri epo perusino salutem et appostolicam bene
dictionem. Ea que per monasteriorum et aliorum religiosorum locorum atque domorum
comodo et utilitate prouide processisse comperimus Vt illibata persistant, liben
ter cum anobis petitur appostolico mandamus munimine roborari. Sane pro
parte dilectorum filiorum. Prioris et fratrum domus sancti dominici perusini
ordinis fratrum predicatorum nobis nuper exibita petitio Continebat quod
olim dilecti filii priores, Camerarii et Consilium Ciuitatis nre perusin
more eorum solito tunc congregati, ac comunitatem perusina representantes
pro augumento seu fabrica dicte domus seu ecclesie eiusdem, et ut illa in suis
inperfectis structuris et edificiis etiam addecorem prefate ciuitatis ad sui
perfectionem comodius deduci posset, prouiderit, et solemniter ordinauerit.
Quod dequibuscumque exitib[us] pertinentib[us] seu que extunc in antea fieri deberet
quibuscumque, ac quibusuis causa, re, et facto, per quoscumque magistratus, seu
officiales camere appostolice perusine tam Ciuilib[us] quam forensib[us], seu comi
tatensibus, etiam si nostri et sancte romane ecclesie stipendiarii forent
uel aliis tam ordinarie quam extraordinarie et secundum formam, necnon uigore
quorumcumque statutorum ordinationum et reformationum factorum tunc et in antea
fiendorum, seu alias quouismodo persone pecunias ex exitib[us] huiusmodi recipi
entes pro quolib[et] floreno iuxta morem dicte camere ab eis sic recipiendo
unum solidum monete in prefata ciuitate currentis adfabricam huiusmodi pro
tempore deputato persoluat seu relapsent. Ita quod prouisio et ordinatio
predicte per quinque annos durare deberet, quodque plenam roboris firmitatem
obtineret, Si et inquantum illas per nos approbari contingeret, prout in
libris dicte comunitatis plenius Continetur. Quare pro parte prioris
et fratrum predictorum nob[is] fuit humiliter supplicatum, Vt prouisioni
et ordinationi predictis pro eorum subsistentia firmiori, robur appostolice
confirmationis adiicere de benignitate appostolica dignaremur. Nos igitur

de premissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati fraterni-
tati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus de premissis omnibus et singulis
auctoritate nostra te diligenter informes. Et si per informationem huiusmodi
ea vera esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, provisiones
et ordinamenta, ac alia per priores, camerarios et consilium gesta huiusmodi
et inde secuta, tam quo ad illas que per officiales pro tempore existentes camerario-
rum ac conservatorum et massariorum dicte civitatis ex eisdem cameris vigore
aliorum statutorum et ordinationum et reformationum factorum et fiendorum predictorum
tam ordinarie quam extraordinarie, et ex quacumque seu ex quocumque causa, re, vel
facto, Gubernatori, Bargello, Prioribus artium, doctoribus, consulibus, audito-
ribus, camerariis, ac portarum capitaneis. Nec non potestatibus, fancellis atque
donçellis, ceterisque officialibus civitatis predicte, et perusini comitatus, infra
dictum quinquennium existentibus pro tempore soluentur, quam de consensu prefate co-
munitatis quo ad alias pecuniarum summas omnes et singulas, quas huiusmodi
comunitas ex se absque sedis apostolice auctoritate expendere potest, etiam
quibusuis personis pro tempore persoluendas per huiusmodi quinquennium
auctoritate nostra predicta approbes et confirmes. Supplendo omnes defectus
siqui forsitan interuenerint in eisdem. Non obstantibus premissis ac consti-
tutionibus et ordinationibus apostolicis, Nec non prefate civitatis etiam iuramento
confirmatione apostolica, vel quavis confirmatione alia vallatis statutis et
consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome apud sanctum
Petrum Anno incarnationis dominice millesimoquadrigentesimoquadragesimoquarto. quarto
decimo kalendas septembris. Pontificatus nostri anno quartodecimo. B. de Callio.
Visis itaque dictis litteris coram nobis ut prefertur productis et exhibitis, pro parte
dictorum prioris et fratrum domus sancti dominici perusini prefati, et earum continentia
diligenter examinata. Et visa dicta concessione et provisione seu ordinatione
dicte ecclesie seu domui facta per consilium dominorum priorum et camerariorum artium
civitatis perusii. Cuius tenor talis est videlicet. Inter alia que reperiuntur in cancella-
ria comunis perusii, reperitur quoddam ordinamentum editum manu ser Jacobi Antonii
de perusio tunc notarii magnificorum dominorum priorum qui quidem erat Laurentius
Angeli Rentii et sotii, cuius tenor talis est videlicet. Die xviii mensis Junii
M°cccc° xliiii. Consilio M. D. priorum et camerariorum artium Civitatis perusii
Licentia et voluntate. D. gubernatoris et magnifici pretoris domini potestatis et prefatorum
dominorum priorum in sala magna palatii eorum solite residentie sono tube voceque
preconis, et ad sonum campane more solito congregato et cohadunato. In quo
quidem consilio interfuerunt omnes prefati domini priores omnes decem, et camerarii
numero xli. et volentes circha infrascripta et quolibet eorum utiliter providere
deliberatione prehabita inter dictos dominos priores, et solempniter inter eos obtento
partito ad bussulam et fabas albas et nigras secundum formam dictorum statutorum

vz die precedenti, et hodie pdcos dnos priores inter dcos camerarios factis
propositis exibitis qz consiliis et misso partito z solemniter obtento secundu
forma pfator statutor Ex omnib arbitriis auctoritatib potestatibus et
bayliis quib melius potuerunt / providerunt ordinaverunt statuerunt z concesserunt
qd fratres et capitulu sci dnici habeant z habere debeant effectualiter
unu soldum quod est qntitatis xii den p quolibz flor cuiuscumqz exitus
camere perusin tam conservator qz massarior dce coitis de quacumqz pecunia
dce coitis quomodocumqz et qualiter cumqz solvenda et quacumqz de causa tam
offitialib forensib qz civib magistratib stipendariis z aliis quibuscumqz
quocumqz noie nuncupentur cuiuscumqz conditionis z gradus existant. p fabrica z
muralis pro dca ecclia sci dominici / z copletione z gservatione ipius
et pro confirmatione omnium pdcor / dci fres capitulu z conventus debeant
bulla ipetrare z habere a santissimo dno nro papa Eugenio quarto.
Et hoc p tpus quinqz anor pxime venturor incipiendorum i kalendis
pmi mensis tunc pxime venturi post psentatione bulle predicte
ipetrande a dco santissimo dno nro papa / ad huiusmodi legis cofirma
tionem. Et pdca fecerunt statuerunt z ordinaverunt z decreverunt omni
meliori modo via iure z forma quib melius fieri pot / et potuerunt
et possunt / et quatenus i eis est / nulla faba nigra i contrarium reperta.
Ita est ut scriptum est. Tomas pontanus cancellarius perusinus. Renatus
coadiutor cancellarii coitis perus scripsit ssz. Per quam concessione
provisione seu ordinatione et contenta i eis / diligente recepimus in
formatione / et p huiusmodi informatione i dcis litteris aplicis deducta /
vera ee reperimus. propterea provisione ordinatione z concessionem
huiusmodi / z alia p dcos dnos priores camerarios z consilium gesta /
et inde secuta / tam quo ad illas florenor pecuniar z quantitatum
summas / que p officiales p tepore existentes camerar coitis ac conservator
et massarior dce civitatis ex eisdem cameris vigore alior statutor
ac ordinationum z reformationum factor z fiendor pdcor / tam ordi
narie qz extraordinarie / ex quacumqz seu quocumqz causa re vel facto. Gu
bernatori bargello / priorib artium / doctorib / consulib / auditoribus /
camerariis / ac portar capitaneis. Necnon potestatib famulis atqz
domicellis ceterisqz officialib civitatis pdce / et perusini comitatus i fra dcum
quinquennium existentib p tepore solventur. que de consensu pfate coitatis quo ad
alias pecuniar summas omnes z singulas quas huiusmodi communitas extra
absqz sedis aplice auctoritate expendere pot / etiam quibusvis psonis pro
tepore psolvendas p huiusmodi quinquennium auctoritate apostolica pdca
approbamus z cofirmamus. Supplendo omnes defectus siqui forsitan intervene
runt i eisdem. Et ut de pdcis omnib z singulis illi ad quos hec spectant
nulla ignorantiam ptendere possint auctoritate aplica quam sup sub excom
municationis pena mandamus notario sup registris quatenus ad omem

requisitionem et instantiam dicti prioris huiusmodi litteras confirmationis
approbationem et mandata in registris camerarum conservatorum et massariorum
registrari faciat / ac et sub eadem pena excommunicationis / et centum librarum denariorum
mandamus depositariis comunis perusii et fancellis conservatorum et massariorum
pro tempore existentibus et aliis quibuscumque aliquid solvere debentibus ratione
dicte camere apostolice / aut dicte communitatis perusii / quacumque ratione
vel causa / Quatenus de quibuscumque solutionibus tam manualiter et in con
tanti quam per alocationes iuxta ritum dictarum camerarum / et utriusque ipsarum
pro effectu satisfationum fiendis. Gubernatori / potestati / dominis prioribus
artium / barigello / doctoribus / consulibus / auditoribus / camerariis / capita
neis. Nec non potestatibus fancellis etiam sibi ipsis atque domicellis / ce
teris quam officialibus civitatis et comitatus perusii / ac etiam stipendiariis / et
aliis quibuscumque personis quotcumque et qualitercumque / et quacumque de causa
infra dictum quinquennium existentibus secundum formam statutorum ordinamentorum
aut regulationum dictarum camerarum / aut capitulorum initorum cum domino
nostro papa ordinarie vel extraordinarie / et alio quovis modo iure vel
causa unum soldum pro singulo floreno prorata pro dicta fabrica retineant
et depositario huiusmodi fabrice pro ipsa fabrica integraliter persolvant
Similiter et sub dictis penis auctoritate qua supra dictis depositariis
fancellis et aliis supradictis mandamus quatenus similem retentionem et
solutionem faciant de florenis / pecuniis / et quantitatibus personis quos et
quas dicta communitas perusina / extra absque sedis apostolice auctoritate / etiam
quibusvis personis / ac quacumque de causa solvere et expendere potest. Decer
nentes quod si dictas retentiones et etiam solutiones dicti depositarii fancelli
et alii supra scripti facere neglexerint quod ultra dictas penas in quas dicto
casu se noverint incursuros tantum quantum pro dicta fabrica retinere / et de
positario dicte fabrice persolvere neglexerint / de eorum proprio dicte
fabrice solvere et resarcire teneantur. De quibus omnibus et singulis rationem
reddere teneantur dicto depositario fabrice / aut priori dicti loci pro tempore
existenti ad minus de duobus mensibus in duos menses / et alias prout requisiti
fuerint ab eisdem priore vel depositario seu altero ipsorum. Et ad hoc ut
predicta omnia et singula sortiantur effectum / sub eisdem penis mandamus
omnibus et singulis officialibus comunis perusii. Quatenus eisdem priori conventus / et
depositario dicte fabrice / seu alteri eorum postulanti vel postulantibus prestent
in et super predictis omnibus et singulis exequendis auxilium consilium et favorem
In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes litteras seu presens
publicum instrumentum seu privilegium per infrascriptum Guglielmum nostrum
